

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Encyclopædiæ Vniversæ Compendium - Cod. Rastatt 83

[S.l.], [17. Jahrh.]


[urn:nbn:de:bsz:31-301392](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-301392)


1124


113

~~Durch 124.~~

Rastatt 83







Encyclopaedia Uniuersae
Compendium.

Lib. I. Hexilogia.

N. Alij dicuntur Hexilogia
Et Hexilogia.

Quaestio. 1. Quot sunt status sive
ordines vitae humanae?

Quatuor: vid. Oeconomicus, Scholasticus, Politicus, Et
Religiasticus, quibus tanq. quadrangis uniuersam hominum
genus ueni uoluit DEVS, autor et factor ordinis, cuius
deliciae sunt conuersari cum [filijs hominum] Hominijs.

Quicquid uero ad nullum ex his. v. statibz conuolui referri potest, nec ad
eorum conseruationem potest, qualis est otium ignauiam, mendicitas,
deter uana, impie, superstitiosa, curiose, et similia, id spurium, et a
Caeodemore ortum est iudicandum, et in societate humanae uita mi-
nime tolerandum.

Quae sunt oia Medicam
tum, curam ingratum,
agrorum, Monachorum, etc.
Iam So.

2. In quo statu uersaris tu mi Philoma-
thes?

In statu Scholasticus.

Ino uiri boni et sapien-

tes, ut etia sapientiae studijs per totam uitam uersantur in statu scholasticis, semper u. aut discunt, aut docent aliquid: Sed hic strictius acci-
pitur haec uox pro officio docendi ordinario seu speciali: quauis et hic
status uideatur referri posse partim ad Ecclesiasticum partim ad Oe-
conomicum; Unde alij tres status tantum id nauerant. Ino schola-
est for religiosem statum et seminarium

3. Cur ibi te occupas?

Ut eradam Polymathes.

Iuxta illud Socratici:

eadem uis quae cadit, eorum xplogia. Et Natura bono scire desiderat.
Et uix quisq. est tam stupidus, quin, si uelit, aliquo usq. profici-
re possit. ^{in uita bene} ^{uicinos}

4. Quis est Polymathes?

Est multarum rerum eruditus.

Aristoteles.



9. Quot sunt Praeognita?

Quatuor, è quibus tria priora, nempe Hexilogia, Secbudo, quia, tres elogia deservunt de Natura omnium disciplinarum quantum vid: Didactica de studio illarum precipit.

10. Quid est Hexilogia?

Doctrina peragrosenda de habitibus intellectuales, quibus homo disponitur ad intelligendum res intelligibiles, id est, principia et conclusiones, quae proponuntur cognitionis et actionis gratia.

Doctrina de Habitibus propria ad Metaphysicam, organicè ad Logicam pertinet: Hic tantummodo ratione ordinis ac methodi praeferitur. Hic vero primam locum obtinet Praedicamentum Substantia, quia est fundamentum reliquorum: Hic praedicamentalis ordo non observatur sed ordo bonis. Habitus dicitur ab habendo: Est n. verus ac proprius possessio boni, quaeque virtus bonae ac sapientiae, cum fortuna bona sint aliena, flagra et evanida.

11. Quot sunt huiusmodi Habitus?

Sunt in universum 19. In ordine: Intelligentia, Syntesis, res, Conscientia, intelligentia Poetica, Sapientia, Scientia, Prudentia, Ars, Eloquentia, opinio, fides humana, Dubitatio, suspicio, fides supernaturalis seu divina, lux mea prophetica, donum miraculorum, donum linguarum, error, lumen gloriae.

Opinio, fides humana, dubitatio, suspicio, non videntur habitus. Sunt n. qualitates instabiles et fluctuantes, cum habitus sit qualitas stabilis ac firma. Potius igitur referuntur ad dispositionem imperfectam. Error etiam videtur distinguendus, nam originem & naturam dicitur, pertinax, Et sic fortasse potest dici habitus Malus non ille.

12. Quid est intelligentia?

Habitus innatus inclinans ad apprehendendum principia theoretica. Per se recipit magis aut minus, per accidens vero sicut alicuius et plura. Natura duce apprehendunt principia quae alicuius organae cerebri dispositio variat, sit Ingeniosior, et suspensior.

13. Quid est Synteresis?

Habitus innatus, inclinans ad assentiendum primis principijs practicis.

Synteresis est nihil aliud q̄ consensus omnium bonum recte sententiandum de discrimine honorum et turpium, bonorum et malorum, appetendum et fugiendum, nihil differt à Conscientia, nisi quod illa majoris seu universalis, haec minoris seu singularis Propositionum rationem habere videtur in Syllogismo Practico.

14. Quid est conscientia?

Habitus innatus, inclinans ad assentiendum iis quorum nobis conscij sumus.

15. Quid est Intelligentia Poëtica?

Habitus innatus, inclinans ad assentiendum primis principijs poëticis.

Per Poësin intelligentur sic omnes artes bonae q̄ aliquid opus posse relinquunt, et certis nituntur regulis ac principijs, sive artes illae sint Liberales, sive Mechanicae et Manuariae.

16. Quid est Sapientia?

Habitus acquisitus inclinans ad assentiendum conclusionibus theoreticis demonstratis per causas primas.

Secundum e de Sapientia Humana; Divina n. Sive ea sit ordinaria, sive Miraculosa & habitus divinitus infusus gratis, sine ullo labore aut concurso, et causa prima est Divina relectio [Illuminatio].

17. Quid est Scientia?

Habitus acquisitus inclinans ad assentiendum conclusionibus theoreticis demonstratis per causas proximas.

Sapientia et Scientia cum saepe promiscue usentur vocabulis, proprie differunt ut totum et pars.

19. Quid est Prudentia?

Habitus acquisitus inclinans ad assentiendum conclusi-
onibus practicis demonstratis per causas sive primas sive proximas
Quod distincti sunt habitus Sapientia et Prudentia patet. s. quia di-
cti sunt partes animi humani, intellectus Theoreticus et Practicus, et
voluntas. s. Diversae operationes, contemplari et agere. s. Diver-
si fines, Verum et bonum. s. Diversa subiecta, dantur et sapientes
qui non agunt Prudentes, et vice versa. Idem e discrimen inter scien-
tiam et Prudentiam.

20. Quid est Ars?

Habitus acquisitus inclinans ad assentiendum conclu-
sionibus Poeticis demonstratis per causas sive primas
sive proximas.
Ars est habitus efficiens et relinens aliquid opus sive illud sit manu,
ut (mente tamen dirigente) sive mentis solum, ut oratio, carmen.
Illogismus, cantilena, operatio Geometrica et Arithmetica &c.
Vnde aliae artes manuales, aliae liberales dicuntur.

20. Quid est Eloquentia?

Habitus acquisitus inclinans ad animi sensum be-
ne loquendum.
Eloquentiam requiruntur tria: Natura (Quaedam gratia Dei):
Variarum rerum lectio et cognitio: Et exercitatio: Natura facit fa-
cundus: cognitio rerum variaram doctor: exercitatio demum eloquen-
tes.

21. Quid est Opinio?

Habitus acquisitus inclinans ad assentiendum axi-
omati contingenti.

22. Quid est fides humana?

Habitus acquisitus inclinans ad assentiendum testi-
monio humano.

23. Quid est habitus?
Habitus acquisitus inclinans ad assensum a ratione per
datum.

24. Quid est suspensio?
Habitus acquisitus inclinans ad assensum qualitatis
factive pendulam.

Quid de his sentiamus, supra exposuimus. §. 1. n.

25. Quid est fides supernaturalis?
Habitus infusus, inclinans ad firmiter assentiendum
testimonio Divino.

Hanc esse singulare Deo bonam, nec in his viribus sitam, patet,
quia multi credit et fratit' longe superant omni humanam ratio-
nem.

26. Quid est Lumen Propheticum?
Habitus infusus inclinans ad videndum et predican-
dum futura a Deo revelata.

Distinguedum hic inter unicam revelationem Divinam factam et
inter parvas quasdam, et inter habitum rationandi. Unica
n. actio non facit habitum nec parva. Sed sentiendum de relijs
donis [Divinitus] caelestibus infusis.

27. Quid est donum miraculorum?
Habitus infusus inclinans ad videndum et patrandum ea quae
excedunt vim Naturae finitae.

28. Quid est donum linguarum?
Habitus infusus ad utendum linguis ordinaria via di-
dicitis.

29. Quid est Error?
Habitus acquisitus, inclinans ad assentiendum falsis.
Imo Error est etiam habitus malus Naturalis omnibus hominibus ab
utero materni infusus [intra] et pars peccati Originalis. Hinc
enim omnes falsae opiniones de Deo et rebus Divinis, de multis
etiam naturalibus.

30. Cuid' e' lumen gloriae?

Habitudo infusus in altera vita ad videndum ea quae DEVS
reservavit illis qui Iesum Christum in hac vita diligunt.

Qualis, quae perfectus, et gloriosus [illustrius] sit futurus hic habitudo
in hac vita caligine explicari non potest. Oculis n. non vidit
nec auribus audivit, nec in cor hominis descendit, quid DEVS
servavit Diligentibus Se. i. Cor. v. Et vix ultra dici me-
retur habitudo in hac vita quantumvis praecellentissimus respectu
gloriae alterius Vitae.

31. Annon dantur plures habi-
tudo intellectuales?

Non sane, nam etsi habitudo duo vel plures miscentur, ta-
men habitudo mixtus non constituit novam speciem, quae
modo in Physicis mixtis et temperamentorum non intro-
ducit novam speciem, et in Politicis mixtis trium formarum
Reipub: non constituit novam formam.

32. Cur vero habitudo isti tra-
duntur hoc loco et quidem
primus?

Ratio prioris est quia intellectus hominis ad operatio-
nem suam determinatur per aliquem habitudo. Ratio
posterioris est, quia omnium primus in discente requirit
saltem aliquis habitudo, qui disponat ipsum ad discendum.
Itaque Hexilogia merito praemittitur reliquis Heptalogiis.

De numero habituum nunc anxie non disputabimus, sed Metaphy-
sice ac Logice relinquemus. Canon vero et iure doctrinae de habi-
tudo praemittenda fuit. Omnis n. disciplina est habitudo. Et igitur
ratio generatim ignorantur reliqua.

Finis Hexilogiae et praemissae Heptologiae.

Lib. II. Technologia.

3. Quid est Technologia?

Est doctrina peragoscenda de affectionibus, ordine, et divisione disciplinarum.

Propius ad scopum pergit Autor: Primi libro egerat de habitibus in genere, jam de disciplinis Encyclopaedia pauli specialis.

4. Quid sunt affectiones disciplinarum?

Ea vertuntur in convenientia et differentia ipsarum.

Omnes discipline inter se habent connexionem, ut in quibusdam convenient in quibusdam discrepent. Convenientiam, et de singulis dicere non potest instituta brevitatis rei angustia componi.

5. Cuius est ordo inter disciplinas?

Inventionis, Naturae, dignitatis et doctrinae.

Quarum facit Prima Disciplina inventio, nemo facile dixerit, nec historiae quibus determinant describunt, scribunt. Credibile est a. Physicam et Astronomicam fuisse ex antiquissimis, teste etiam Josepho, Naturam quidem et dignitatem praecedunt in lumine Naturali Metaphysica in Philosophicali Technologia. Ordines vero docendi praecedit Grammatica, hanc sequitur Logica et Oratoria. Veteres vero praecedebant Mathematica Logica, quibus non minime utageantur, praecedit, quia illo sensibus etiam subiiciuntur, hoc vero solo mente percipiuntur.

6. Quomodo dividuntur disciplinae?

Quod sit ut sapientiae, ut scientiae, ut prudentiae, ut artes; quae vocabula hic aliter accipiuntur, et in Technologia, ibi non. Sunt nomina habituum, hic Systematum.

De vocabulis istis supra dictum: Primi libro intelligitur, ut sit in mente fixa qualitates: Hic vero ut sit in Libris descripta ac tradita disciplinae.

7. Cuius igitur loci loco est sapientia?

Est disciplina theoretica comprehendens prima principia et conclusiones, quae proponuntur cognitionis gratia.

De Technologia et de Technologia

6. Quid est Scientia?

Est disciplina theoretica comprehendens conclusiones theoreticas et principia earum proxima.

7. Quid est Prudentia?

Est disciplina Practica comprehendens conclusiones practicas, et earum principia.

8. Quid est Ars?

Ars est disciplina Poëtica, comprehendens conclusiones Poëticas et earum principia.

Manifesta est hac ex Superioribus. Brevis Sapiencia et Scientia a fine est scire [cognoscere], Prudentia agere, Artis efficiere. Quae sic fiunt ut per summas et remotissimas causas, ut in Metaphysica per intellectum theoreticum, in Politica per intellectum Practicum; et per causas proximas, ut in singulis Scientiis et artibus: In Physica Physicis; in Mathematicis Mathematicis principijs; et sic deinceps.

9. Num vero haec genera semp

distinguantur?

Non sane, quia videas quibusdam in populari dissertatione artis nomenclaturam imponi tibi, disciplinis, et in Theologia, Jurisprudentia et Medicina. Idem est iudicium de vocabulo Scientia.

Loquendum hic cum vulgo, aut certe conivendum, sentiantur a. cum Sapiencibus: Et quidem potest una eademque disciplina, diversis respectibus Scientia & Ars: Quia in ipsa Scriptura Sacra ad captum Vulgi condescendens, promiscue utitur, nonnunquam vocabulis Sapienciae, Scientiae, Prudentiae, et Artis.

10. Quando vero in accurata dissertatione

oportebit ista. r. genera discernere?

Philologia complectitur, moras artes: Metaphysica est Sapiencia reliquae partes Philosophiae. Et Scientia: Philosophia Practica moras complectitur, Prudentias: Theologia est Sapiencia et Prudentia: Jurisprudentia est Prudentia: Medicina est Ars.

Disciplina mechanica est artes: Inter farregies disciplinarum
alia sunt artes, alia: scientia.

Per Philologia intelligo hic artes dicendi et Grammatica, Lexica,
Logica, Rhetorica, Oratoria, Poësis, sed et Mathematica disciplina
deci possunt artes, quatenus aliquid eis relinquunt, ut Musica Cæcæ
Fileram, Geometria figuram &c. Medicina est etiam quædam scientia
quatenus demonstrationibus suis Universilibus constat. S. verò Theologia et
sapientia et Prudentia, quia et partim theoretica, partim Practica
quod multi ^{etiam} considerant, unde potius Metaphysici quæ Theologi dicitur
si.

Job. 12. Hæc si non scitis, mali
estis et stultissimi
Psalm. 115. Inscitantes homines
quod dicitur factum est eis.

31. Cur Technologia mittitur
Archologia?

Quia in Archologia oportet percurrere principia regula-
tiva omnium disciplinarum. Oportet igitur ut disciplina illa
sua jam sint cognita.

Finis Technologia.

Liber. III. Archologia.

1. Quid est Archologia?

Est doctrina pergnosceda de principijs omnium disciplina-
rum.

Agitur hic de principijs singularum disciplinarum in specie, sed de
principiorum Natura in genere: Exhibet v. disciplina sua tradit principia
sua suo loco.

v. Quotuplicia sunt ista principia?

Duplicia: Essendi et cognoscendi.

Principia Essendi et cognoscendi in quibusdam disciplinis sunt eadem (ut in Mathe-
maticis) in quibusdam diveris: Aliter v. res quodam referuntur, et aliter refer-
tur: Alii v. causas latens ubi ab effectibus rem cognoscere incipiunt.

3. Quanam sunt principia essendi?

Causa. t. disciplina: finis, efficiens, materia et forma.

Quatuor, nec plures, nec pauciores casus existant res des. perfectæ in Univer-
sa Natura: Materiam, quæ res potest esse, formam, quæ res actus, quod est efficiens
re, per quæ, quia nihil a seipso, nec per quem, quia nihil frustra, et per pa-
strem casus exortione, prima intentione.

4. Cuius est finis disciplinarum?

Ut per frugalem (id est moderatam) rerum cognitionem, et usum homo in hac vita perficiatur ratione intellectus, voluntas, et habitus, id est ad Deum et gloriam.

Perfectio hominis non consistit in affluentia opum, voluptatum, bonorum, aut aliarum vanitatum, quas sic mundus estimat, sed in cognitione Dei eiusque operum, in exercitio Virtutum, in recto usu logicarum. Brevis est in oratione hominis interitus [sic animi] non in corporis aut fortunae bonis.

5. Quanam est causa efficiens disciplinarum?

Prima et principalis Deus, Pater ille Luminis, Secunda est homo qui prae dicitur et Lumen Naturae et sensu, impellitque partim praesentiam disciplinarum, partim indigentiam praesentiam, ut inquireat et observet res discendas.

Frustratur igitur ille, qui ut neglectis precibus, ut abiectione timore Dei, ut etiam commercio Denarium, et alijs illegitimis medijs sapientiam veram, tur. Male etiam faciunt qui sibi ipsi principia fingunt et neque, cum lumine Divino, neque, cum lumine Naturae neque, cum sensu et experientia consentiant. Qui sapientiam petit, petat à Deo per preces, diligentiam et bonos medios.

6. Quanam est Materia disciplinarum?

Termini simplices et axiomata è quibus constant.

Ut Logicos materiae sunt entia et dicta materialia, propositiones et Syllogismi, Grammaticos litterae, definitiones et orationes.

7. Quanam est forma disciplinarum?

Unio ac dispositio conceptuum.

Uno verbo methodo, concinna quae singulas partes apte coherant, sive simplicia componendo, sive composita resolvendo, sive definiendo, dicendo et causas inquirendo.

8. Quanam sunt principia cognoscenda in disciplinis?

Sunt partim primi et generalissimi termini, partim prima et generalissima axiomata, nam ab illis reliquis

termini, ab his reliqua axiomata dependent, q̄ ideo ap̄
pellantur conclusiones.

Oportet discipulum cognoscere cum ista axiomata quod vera sint,
tum simpliciter eorum terminos quid significant: Nam ex omnino
ignotis nulla fit demonstratio, nulla scientia: Et oportet hominem
accipere ad discendum non bestiam.

9. Quot sunt observanda in istis prin^{ci}

In genere ista tria: ^{signi} Proprietates, norma, et divisiones ipsarum,
tum in specie, quodnam sint principia regulativa
in singulis disciplinis.

Proprietates best: s. sit vera et quidem per se, quia causa veritatis,
et necessaria, qui parant scientiam non opinionem. s. Notiora &
faciliora, quia pp̄ hac creditur conclusionibus. Norma sunt itidem
tres: s. Verbum. De eternam. s. to. et. Ratio vera gravis opi
nionibus non corrupta. s. Experientia sensuum non fallacium testi
monio condonata. Divisiones et plures, de quibus in doctrina demon
strationis [posterioribus Analyticis Aristotelis]. Alia v. et principia
simpliciter dubia, alia secundum quod, et ex hypothesis: Item alia est
suprema et comuna, et Metaphysica et Logica; alia propinqua,
proxima, propria unicuique scientia.

Finis Probelogica.

Liber. IV. Didactica.

1. Quid est Didactica.

Est doctrina cognoscenda de studio disciplinarum in ge
neri et in specie.

2. Quanam est ratio studiorum

in genere.

Ut cogitemus de fine discendi, removamus impedimenta il
lis, et admoveamus media ejusdem.

3. Cuiquam debet et nobis proposita finis in studiis?
Ut nobis proponamus ante oia gloriam Dei, et salutem ani

ma, tum ut bene cognoscamus res constantes, usque cognitio
et utamur.

Cum Didactica nihil sit aliud quam consilium seu ratio doctri- expedite
et tractatise cum docendi tum discendi, et de his re variis rationum, extent
iudicia publice scripta, et non alibi quocumque mentem unam exponere simus po-
rati: Ea vero quae huc trahit, per se sunt notissimas: Idcirco plura hic
supersedeo: Hoc tamen unicum moneo: Cum solo DEVS sit fons omnis
rei sapientiae inexhaustus, pater et origo Lucis dei, minime mirum esse
si parum in literis proficiant, aut etiam plus damni quam emolumentis adfer-
ant in publicam salutem, qui in studio suis non gloriam DEI (quae ipse
unicam fructum suorum doctorum iure a nobis petit) sed ambitiosos hono-
res, affluentes divitias, suaves (turpes) voluptates, et propria comoda
petunt: Aut etiam qui a Diabolo hunc DEI et hominum, esse videt vera sapi-
entiae, aliquid per media se, illegitime petunt. Unde etiam tam rari ap-
parent soliti docti, sed fere dissoluti, inestatores, gaudentes ostenta-
tione [tristatione], Logoraeo, qui docti videri se malunt.

4. Quanam sunt impedimenta studiorum?

Extra nos quidem sunt Diaboli et ipsius (quae, in nobis
v. e. impotentia naturalis et malitia.

Impedimenta sunt fortasse plura: Ut negligentia Parentum, rudi-
tar aut etiam infidelitas Praeceptorum, primum sodalium, et odium
horum et curiositas circa res non necessaria, arrogantia, Diaboli
caeca vis.

5. Quanam sunt media studiorum?

1. Pietas, quam Dei benedictionem impetremus, v. Dona Natu-
rae ne simus, dicitur xos dixit. 2. Diligentia quam adaequamus
et audiamus, ceptorem, legamus libros, scribamus utilia, et reper-
tamur audita, lecta et scripta. 4. Denique, ordo temporis, rerum,
et actionum nostrarum.

Pietas est anima eruditio, Natura spiritus animalis, Diligentia motus
vitalis, ordo compages et functio singulorum membrorum.

6. Quanam est recta ratio studiorum

Duo imprimis sunt observanda: 1. Cur hoc ut illa disciplina
in specie?

fit discenda; & quomodo fit discenda. Nam prius illud factum
est ut serio affectu complectamur disciplinam: postea ut
sic fit ne ille affectus sit nudus.

Non satis est in genere scopum et media considerare, studiosum: sed
oportet etiam in specie statuere certo, an hoc nunc studium de Oportet
cent. eius gloria, publicaeque utilitati inferriat, quod conscientia red
datur tranquilla. Quicquid enim non fit ex pleno fidei
[ex ex fide] peccatum est.

7. Cur haec ut illa disciplina est

discenda? Ob nobilitatem, et utilitatem. Nobilitas est antiquitas
dignitas, certitudo, et iucunditas eius: Utilitas est theoretica
et ut practica, et haec in Ecclesia, Politia, et Oeconomia.

8. Quomodo haec vel illa disciplina

est discenda? Ita ut cogitetur de ingenio seu aptitudine discantis; au-
toribus legendis; et tempore quod cuique disciplinae impende-
dum.

De dignitate ac instantia disciplinarum, de modo item docendi ac discen-
di cum plurima essent dicenda, haec angustia paginae [Largata pa-
gina] non capit, tum multa alia etiam de his et de ista, scripsimus
sic, et claudimus haec praecognita: Theologia primas omni merito tribu-
entes, Philosophia secundas, quoniam profano mundo aliter serui-
fiat: De reliquarum facultatum ac disciplinarum praerogativa ipsimet
certabant qui eas profitentur, nos hanc partem non faciemus nostram.
Reliqua transcant.

9. Intelligis jam tua praecognita, vellem
nunc quoque intelligere eorum usum.

In qualibet disciplina (v. g. in Theologia, Iurisprudencia, Ethica,
Grammatica) oportet adhibere ista praecognita, et diu prius
modo expendere ipsius naturam et studium. Sed jam accedemus
ad ipsa disciplinarum compendia.

Finit Dialectica.

Lib. V. Lexica.

9

1. Cuid est Lexica?

Est ars tradens modum cognoscendi vocabulorum significationes.

Lexica recto ordine præcedit Grammaticam, sicut in Architectura, imò in quovis opere materia præcedit formam seu dispositionem structuræ, et præsertim est modum rei arte rem ipsam tradere.

2. Cuomodo possunt feliciter cognosci significationes istarum?

Si primò proponantur radices alicujus lingua et quidem Harmonicè: Deinde adjungatur nomenclator universæ Encyclopadie: Deniq; proponatur Lexicon plenum, harmonicum, in quo sint omnia vocabula, phrasæ elegantiores, proverbia et similes flores.

3. Cuid appellas radices?

Vocabula q; in aliqua lingua s; prima, ita ut reliqua inde pendant.

4. Cuid appellas Harmoniam?

Convenientiam linguarum q; sanè plurimum jurat memoriæ.

Radix q; Metaphoram pulchrè et elegantè dicitur origo simplicissima: multorum derivatorum inde descendentiæ, eaq; constare debet paucis, s; in syllabis, plerumq; dualis, sapissime unâ tantum, ut oes radices Germanicæ, multæ etm Hebrææ et Græcæ: si q; et polysyllabica et aut quomodo aut obscure originis: Excipiuntur etm pleræq; particulae inclinabiles. Sicut v. radices aut nomina aut Verba, plerumq; Verba et propria: Et jucundissima q;dem e Harmonia Linguarum in qua recentior Lexico graphi jam egregiam navarunt operam in tribus cardinalibus linguis, quam nonnum perfecerunt op; habuerint. Cavendum tamen, ne originatio s; nimis videtur et ridicula, quod tèn contingit, quando de radice, vix verba litera remanet. Et Hebræam quidem linguam esse antiquissimam adeoq; Matrem multarum aliarum putet; Ex Græca vero ortæ est naxi

nam partem Latina, ex hac alio plures. Notandum quoque hic probe Lingua
recentiores esse ortas et antiquioribus non contraria, et linguas Orientales esse
citius subire antiquiores Occidentales. Vnde igitur est Johannes Comenius
Beramus qui ex Symblica [Belgica] Dialecto et aliis linguas derivare
conatur. Sed de his satis: Plura qui voluit, abest Arcaicum, Germanicum,
Graecigerum, Scythicum, Sclavonicum et aliorum: nam v. n. non est tam va-
stus Oceanum intra tam angustam arceam, concludere, et dixit, in de-
re pro, alia. Observebis solam: et permutatis litterarum
cognatarum: et Symbolicarum, &c. ne pro et transpositis aut etiam, non
sio radicalium: d. Negligantur vocalis et littera formatae, augmenta
sua &c.

Finis Lexicis.

Libri VI. Grammaticae.

1. Quid est Grammatica?

Est ars tradens modum pure loquendi.

Sed neque Grammaticam tradere nobis est animas; scribimus a. hoc
loquuntibus, non Grammaticae Turunculis incipientibus. Et Gram-
maticorum jam antea plura et tria: Duo solummodo notam, hic, eorum, et
sissimos errores, quibus misera juvent, Suetonius fuit opedita, quo minus
ad solidam cognitionem Linguae Latinae mature perveniret. Prior fuit
quod tenerrima aetas conatus fuit in sine ingenti fastidio, nec sine duris
verberibus memoriter ediscere, et ad rursam usque recitare. Praeter Gram-
maticos plurima, prolixia, saepe difficillima sine intellectu, sine usu,
sine applicatione aut Praxi: Quae res ut videntissima, ita etiam stulti-
sima, et Natura inimica, mirum quomodo tam diu tolerari poterit
in plerisque scholis: Posterior quod eadem Praecepta Grammaticae identidem
recalcata fuerit, sine auctore aliquo probato, qui tamen debet esse
norma et Magister Linguae, non Grammaticae. Ego a. jam Latinae sci-
bo et loquor, non Grammaticae sic praecipit, sed quae classicae auctores prioris
scripsit et locutus est. Adde, quod ex Grammaticae Praeceptis solis nunquam
disset quae formare Stylum purum, aequabilem, fluentem, sed conpro-
undis, ex dictione argis, glivis, et similibus, libris, vocem ac phrasem male
sutas, pessime abarctas, et instar cuniculoe et sopiae variis plumis
educto et incepta se ornabit. Simplicissimum quoque stilum est

Hoc: 1. proponatur puero antequam Grammaticae Natura, eorum partes et
 affectiones in Lingua vernacula quae intelligitur. Et hinc iteratione in-
 sistantur, potius suavitibus, videlicet infantiatur, aut intrudantur. hinc
 hinc capita Grammaticae, imprimis formationes nominum ac Verborum,
 reliqua inter Paralipomena referantur. 2. Statim eligatur optimus
 [ex optimo genere] autor aliquis, qui varias res iucunde sermone genere tractet,
 et, isque semper ad hanc Grammaticam revocatur, et sui gloria, cum
 Praxi perpetuo pari passo ambulet. Sed haec facilius dicitur quam fit, quod
 verum monstratur, et res faciunt non verba fides. Quis multas bonas
 bonas male perdidit, ante aut parum, aut raro, aut seipsum vere doctus evadit.
 Lingua n. Latina non de usu Sapientiae, sed de plurimode (viz) prima
 clavis, et in Grammatica sola consistere longe est miserimum. Ex n.
 nihil aliud tradit quam orationis puritatem, ubi interim orationis veritas
 ubi oratio et copia? Imo ubi res ipsa de quibus dicendum est? O quae misera
 nescit Grammatica si nil nisi Grammaticae sit? Sed, uti diximus, non est
 nostram haec seorsum persequi.

2. Quotuplex est Grammatica?

Generalis et Specialis.

3. Cuius est Grammatica generalis?

Est introductio de puritate sermonis, omnium linguarum gram-
 maticis sumenda. Estque docens et utens.

4. Cuius tradit Grammatica generalis docens?

Finem, subjectum, et instrumenta seu media Grammaticae.

5. Cuius est finis Grammaticae?

Tradere instrumenta quae gubernant puritatem sermonis.

6. Quodnam est subjectum Grammaticae?

Modus pure loquendi.

7. Quotuplicia sunt instrumenta Grammaticae?

Alia sunt simplicia seu Etymologica, alia composita sive
 Syntactica.

8. Instrumenta Etymologica quae dicuntur?

Haec quae recipiunt [responsum] singulas voces.

9. Quotuplex et instrumenta Etymologica?

Alia sunt prima alia orta.

10. Quenam sunt prima?

Litera et Syllaba, utrobique spectatur divisio et affectio, et haec est quantitas, accentus, et metaplasmus.

11. Quenam sunt orta?

Partes orationis numero. 8. in quibus attendenda affectiones et Species.

12. Quenam sunt affectiones partium orationis?

Variatio, originatio, resolutio, analogia, anomalia, et degeneratio.

Variatio est nominum et Verborum per declinationes et conjugationes: Originatio est Derivatorum: Resolutio compositorum: Analogia regularium: Anomalia irregularium: Degeneratio, mutatio, ut cum ex adverbis fiunt nomina (ut prope, propior, intus, interior). Et haec omnia statim ipso usu manifestantur ac deo detineatur iuventur in Grammatica locis, sed exercantur crebro in etentis. Voces vero Grammaticae sit consuetudine, potius Praeceptoribus, discipulis, ubi et ipsa voces clare indicant. Praeceptoribus enim docentur, discipulis exerceri usque Praeceptor incipit ab universalibus, quia iam confirmantur, discipulis à singularibus, quia confirmantur, demum.

13. Quenam sunt Species partium orationis?

Aliae sunt flexibiles, aliae inflexibiles.

14. Flexibiles quot?

Sunt numero. 4. Nomen, Pronomen, Verbum, Participium.

15. Cuius est Nomen?

Vox variabilis per casum, eius anima est declinatio.

16. Cuius est Pronomen?

Est nomen generaliter rem nominans, eius anima est referri ad nomen.

17. Cuius est Verbum?

Est vox variabilis per tempus et modum, eius anima est conjugatio.

18. Cuius est Participium?

Est nomen à verbo deductum significans tempus. Ejus anima est referri ad verbum.

19. Voces inflexibiles quae sunt?

Quae terminationem fixam retinent, ut, Adverbium, Praepositio, conjunctio et interjectio.

20. Adverbium quid est?

Est vox qualitatem aliquam vocis flexibilis significans, secundum novem praedicamenta accidentis.

21. Cuid est Praepositio?

Est vox adsignificans motum et quietem.

22. Cuid est Conjunctio?

Est vox conjungens orationem.

23. Interjectio quid est?

Est vox notans affectum animi.

24. Instrumenta Syntactica quae sunt?

Ea recipiunt respiciunt voces junctas, suntque numero sex, videlicet: Conventio, Lectio, Syntaxis ornata, et variata, distinctio et figura syntactica.

25. Cuid tradit Grammatica utens?

Generos et Analyseos rationem.

26. Cuid est Grammatica Specialis?

Ea est linguarum principum, vel minus principum; Hic est Grammatica Hebraica, cui additur Aramica, Graeca et Latina: hic est Germanica Claji, Gallica Rami, Hungarica Alberti Molnar.

Finis Grammaticae.

Liber. VII. Rhetorica.

1. Quid est Rhetorica?

Est ars tradens modum ornatè dicendi.

Rhetorica differt à Grammatica, quòd paritati sermonis addit ornatum et elegantiam: Ab Oratoria, quòd hæc in eà integram Orationem dispo-
nendam, illa vero circa singulas periodos, phrases, imò singulas voces
ornandas occupatur, quarum à Veterib; confundantur: Cuius etiam
Rhetoricam) pauca veniunt notanda: quia plerumq; figuræ et facili intellectu
sunt, quin etiam in quotidiano loquendi usu non infrequenter.

2. Quotplex est?

Generalis et Specialis.

3. Quid opponit generalis?

Finem suum: qui est tradere modum ornandi orationem: subje-
ctum suum: quòd est ipse modus ornandi orationem: et media
seu instrumenta.

4. Quot sunt media seu instrumenta

Rhetorica?

IV. vid: Tropus, figura, vox et gestus, è quibus duo priora
respiciunt orationem formandam, posteriora duo promulgan-
dam.

Quatuor hæc instrumenta referuntur ad tria officia Oratoris q; sunt
Elocutio, Pronunciatio, actio: Nam de inventionione ac dispositione agit
Oratoria, quar sponte sequitur memoria rerum: Verborum vero memori-
a n̄ semp̄ necessaria, eiq; hæc alia pertinent.

5. Quid est tropus?

Est crebri permutatio Argumentorum Logicorum.

Argumentorum, id est, terminorum simplicium seu vocabulorum et
partium Orationis: Hic n̄ ppriè non argumentatur. Sed solummodo
exornat, et illustrat.

6. Quot sunt in tropo spe-
canda?

Tria, nimirum, causa, proprietates et species.

7. Quot et causa tropi?

12

Necessitas et voluptas.

Necessitas: Longè n. plures res. Et q. vocabula unde cogimur sapè du-
abus et pluribus rebus unum idemq. nomen imponere: inde oritur equivo-
caturus: Voluptas: quod enim aliis et aromata et condimenta suavia,
id Orationi et tropi et figurae, parè figo et prudenter adhibeantur, ne
pariant fastidium tanq. cibi nimium conditi, eoz, ipsi ingrati.

8. Quot sunt tropi proprietates?

Præcipuè sunt quatuor: puta Embasis, Catachresis, Hy-
perbole et Allegoria.

Parum refert siue proprietates troporum, siue tropos diversos statuas. En-
thalin, Catachresis, Hyperbolon, Allegoriam, modò rem teneas: Nimia vi-
dè. Sæpe hic non è necessaria: Videtur tamen potis moti esse troporum
q. tropi.

9. Quot sunt species Tropi?

Quatuor, vidè: Metonymia, Ironia, Metaphora et Synecdo-
che.

Cavendum sic ne confundantur inter se tropi, imprimis Metaphora et Me-
tonymia. Metaphora n. potè resolvi per verbum: est: Ut, Herodes è vere
Vulpes, s. c. similis, Vulpi pp astutiam: Metonymia non item, non enim
possim dicere scepterum vere est regnum, sed à signo regni, et significat rea-
gnam. Reliqua et facilia et cõmentatione non indigent, sed exercitiis.

10. Cuid est figura?

Est instrumentum quo habit, orationis mutatur.

11. Quotuplex est?

Duplex: dictionis et sententia.

12. Figura dictionis quotuplex?

Primaria et Secunda.

13. Quot et figura dictionis primaria?

Decem: Epithetis, Anadiplosis, Climax, Anaphora, Ep-
istrophe, Symplece, Epianalapsis, Epandus, Paron-
masia, et Polyptoton.

14. Quot et figura dictionis secundaria?

Viginti quinque: Antanaclasis, Ploce, Synonymia, Exergasia,
Tautotes, Paregmenon, Antitbesis, Antitbeta, Antimetabeslis,
Antistrophe, Synecocosis, Oxymoron, Hocolon, Parison, Hendiadis,
Smesis, Syntheslis, Homocatalecton, Parecbeslis, Erotesis, Paren-
bole, Parentbeslis, Synantbeslis, Hypallage, Hysterologia.

15. Figura sententia quotuplex?

Primaria et secundaria.

16. Quot ff figura sententia primaria?

Decem: Exclamatio, Apostrophe, Prosopoeia, Epandithesis,
Apostrophe, Adipitatio, Communicatio, Occupatio, P-
missio, Concessio.

17. Quot secundaria?

Viginti octo: Auxesis, Digressio, Transitio, Ratiocinatio, Met-
ologia, Periphrasis, Extenuatio, Relectio, Translatio, Dialo-
gismus, Definitio, Distributio, Congeries, Incrementum, Dia-
typosis, Hypotyposis, Paradigma, Imago, Collatio, Comparati-
tio, Paradoxon, Paromologia, Paradiastole, Antiphrasa, Gram-
ma, Noema, Chria.

18. Quomodo consideratur vox in Rhetorica?

Ratione quantitatis, qualitatis, litterarum et syllabarum, vocu-
rum, affectuum, et sex partium Orationis.

19. Quomodo sic consideratur gestus?

Ratione litius corporis et singularum partium.

20. Cuius proponit Rhetorica utens?

Generales et Analyseos Rhetorica rationem.

21. Cuius proponit Rhetorica

Specialis?
Modum applicandi instrumenta Rhetorica ad varias lin-
guas et facultates.

Finis Rhetoricae.

1. Cuid est Logica?

Ar. tradens modum bene disserendi.

Cum Logica studium sit amplissimum, ejusque Scriptores propemodum innumerabiles, ad quod veritas in profundo latens non nisi summo studio, magnoque labore eruat: Non vero auctor nimis asserit: quae sunt oculis illam cõrutarit, utpote Rameam methodum secutus: Impossibile est nobis, brevibus commentationibus diu & necessaria sententia, reservamus igitur in aliam locum pleniorẽ tractationem. Illud vero minime phare possumus, quod doctrinae hinc abiliã et p̄dicamentorum, et vicum eorum q̄ libro primo tractari solent, ponit, omittunt, et ad Metaphysicam remittant, q̄ absq̄ simplicium terminorum cognitione homo in Logica feliciter progredi posset: perinde ac si quis in Grammaticis sine cognitis literis et Syllabis legere conetur: Aut q̄ Metaphysica adquam nec plures dicunt, ante Logicam sit perquisiendus, aut q̄ una eademq̄ res in diversis Scientiis diverso fine tractari non possit.

2. Quomodo dividitur?

In generalem et specialem, et illa in docentem et utentem.

3. Cuid tradit Logica docens generalis?

Finem suum: qui est tradere modum bene disserendi: Subjectum suum: quod est ipse modus bene disserendi: et media seu instrumenta sua.

Bene disserit etiam Grammaticus, si modo pura: Bene Orator si copiose et eleganter: Logica vero finis proprius est Veritatem indagare, et à falsitate discernere, unde etiam male doctrinam fallaciarum plane omittunt.

4. Quotuplicia sunt instrumenta Logica?

Alia est inventionis, alia dispositionis.

5. Quot sunt instrumenta inventionis?

Duo: thema et argumentum.

6. Cuid est Thema?

Id quod ad disserendum proponitur, ut est vox vel res. Est autem thema vel simplex vel compositum.

7. Quid est argumentum?

Id quod arguit suum thema. Arguere v. est declarare thema simplex, probare compositum, amplificare utrumq. *Quamvis v. sit ipse et thema, s. v. Subjectum de quo differendum e, vocatur ab ipso argumentum primum. Euidem arguit: s. e. declarat: ta se ipsum. Vobis q. absurdè! Vocabula v. put res ipsas arguunt et significant, pertinentes Grammaticam et Logicam. Nobis qdem arguere et argumentari e idem: quod probare, id quod e nisi tertio et medio termino converte [competit] amplificare vero e Logicis quã Logicis, sed Rhetoricis et Oratoris.*

8. Quot snt argumentorum categoriæ?

Triâ et viginti, hoc ordine: Causa, effectum, Subjectum, adjunctum, antecedens, connexum, consequens, diversa, disparata, relata, adversa, contradicentia, privantia, paria, major, minor, similia, dissimilia, conjugata, notatio, distributio, definitio, testimonium.

Loci inventionis seu Topici e nobis fideliter traduntur suo loco: Nihil igitur opus fuerat novâ istâ confusione in Logicis. Non snt. qdem si loci inventionis eam categoriis s. e. predicamentis: q non nisi decem à nobis numerantur.

9. Quot snt instrumenta dispositiva?

Triâ: axioma, Syllogismus, et Methodus.

10. Axioma quid est?

Norma veritatis et falsitatis; ostendens legitimam dispositionem thematis simplicis et argumenti declarantis.

Axioma illud dicitur quod propositio constans subjecto et predicato, sive ea necessaria sit, sive contingens, sive vera, sive falsa. Absurdè propositio contingens vocatur axioma, absurdissime vero falsa. Axioma v. quod et ipsa vox connotat e propositio q se et evidenter vera e, deoq. diuine et fide digna. Nihil profecto absurdius dici poterat, quam mendaciam esse axioma: s. e. fide dignam enunciationem: Nemo est sapiens.

11. Cuid est Syllogismus?

Norma consequentiae et inconsequentiae, ostendens legitimam dispositionem thematici compositi et argumenti pbantis.

12. Cuid est Methodus?

Norma ordinis et confusionis, ostendens legitimam dispositionem variorum thematicum simplicium atq; compositum, et variorum argumentorum declarantium, demonstrantium et amplificantium.

13. Cuid proponit Logica utens?

Geneseos et Analyseos Logica rationem.

Logica utens docet resolvere syllogismos in simplices terminos qui certis ad predicamenta sunt referendi, et eorum relationes ad invicem monstrandas, id quod fit per doctrinam predicabilium: Vbi igitur manent predicabilia et predicamenta, quorum ne unico quidem verbo fit hic mentio?

14. Cuid proponit Logica specialis?

Modum applicandi notiones Logicas notionibus aliarum disciplinarum: imprimis Theologiae et Jurisprudentiae.

Logica est commune instrumentum, cum artium ac disciplinarum ad cognitionem instrumentorum: Nihil igitur differt ne ipsa generalis a specialibus, ne quis tot Logicas fingat quot sunt disciplinae, sed vis vis consistit in dexteritate et applicatione, quae usus monstrat. Missis igitur dis. sequitur.

Finis Logicae.

Liber. IX. Oratoria.

1. Cuid est Oratoria?

Arts bene effringendi Orationem solutam.

Bene, id est, ornate, copiose, [eleganter] graviter, apte ad persuadendum.

2. Quot sit ejus partes?
Dua, una generalis, altera specialis.

3. Cuius explicat Oratoria generalis?
Quingus officia Oratoris, quae ille habet communia cum Poeta.

4. Quanam sit illa Officia?
Inventio et dispositio Oratoria, elocutio, memoria, et pronun-
ciatio.

Memoria proprie non est Officium Oratoris. Multae enim Orationes non modo in scholis verum etiam in Reipublica: etiam coram Regibus et Principibus de chanta recitantur. Et memoria in disputatore quoque, in Historico, in Poeta de regitur. Praecepta igitur memoriae sunt generalia et communia omnibus literatae studiosis. Optima vero sunt quae ex dispositione argumentorum Logice et concinna rebus ipsis methodo sumuntur. Methodus enim est fides et Luceana memoria.

5. Qua est inventio Oratoria?
Est thematis Oratorij et argumentorum Oratoriorum constitutio.

Inventio hic includit et illa causarum genera, ad quae datae themata Oratoria ne uno quidem excepto revocari possunt. Aut enim simpliciter docendi sunt rudes et discipuli, aut exhortandi vel dehortandi agentes, aut refutandi contra traducendo, aut tandem delectandi solum audientes. Distributionem hanc monstravit ipse Apostolus Paulus. v. Tim. 3. et natura rerum ipsa docet et significat. Et huc referri possunt etiam alia materiae Oratoriae: Ut consolationes et exhortationes ad spem et patientiam; Comendationes et laudationes personarum cum petitione aere; Deprecationes et petitiones veniae et commiserationis. Sunt tamen multae materiae mixtae ex duobus generibus et rari oratio vel concio sacra in uno causarum genere absoluta, sed concurren-
re possunt duo utriusque, ut etiam viae quatuor, ubi tamen semper unam praedominatur, unde ipsa Oratio denominatur. Dicitur igitur de quacumque Materia, statim cogitabit de genere causarum, privariis, unde argumenta confirmationis petet, ea velat milititer in locum iudicis et delecta disponet ordine, et tum de-
num de secundariis generibus deliberabit ac dispartiet.

6. Cuius est dispositio Oratoria?
Est recta collocatio thematis et argumentorum, fere se

caudum istas partes: Exorsus, narrus, secus, firmus, refuto, perus.

Dispositio est sex partium Orationis q arbitria pro ipsis Oratoris Prudentia, qua et servatur ordo Naturalis, et partes qdam transpo- nuntur, et tandem etiam qdam omittuntur: ut e argumentorum q. in arie collocatio, ubi fortissima, prima et postrema loco statum inantur. [construuntur] infirmiora: intermediis, q numero potius q pondere aut roboris militant. Deinde habetur respectus ad voluntates et inclinationes audientium, eaq. potissimum arguentur et amplificanter, qbus Auditores maxime permovei posse sperantur.

7. Cuid e Elocutio Orationis?

Apta illi exornatio.

Hic igitur tota Rhetorica refertur, cum ad tropos, figuras, et schematibus, ubi tamen adhibetur modus: nec n. nimium aut noxium aut ingratum. Semper magis spectanda et rerum pondera q verborum ornamenta: Et haec e causa, cur tam rari adulescentes sint Oratores pfecti dicendi: Ut n. maxime Verborum abundent copia, rerum tamen laborant inopia q defectum iudicii, experientia, et lectiois vicia.

8. Cuid est Memoria hoc loco?

Qua Oratio per partes suas recte ediscitur.

9. Cuid e Pronunciatio Orationis?

Apta illius prolatis voce gestuq. decoro.

Pronunciatio et actus pari passu cum ipsis rebus ambulent, simul intendantur et remittantur. Sic igitur utraq. in exordio, lenis, in Narratione, moderata [medicinis], in confirmatione, intensa, in refutatione vehemens, in epilogo grandis, utiq. rebus ipsis accommodata, unde et ex ipsis gestibus, q leges colligere possit etiam q qui linguam non intelligunt, in qua Oratio habetur. In exordio dominatur q. in Confutatione et Peroratione ratio.

10. Cuid explicat Oratoria Specialis?

Ea qua Orator habet propria. Est t. q. docens vel utens.

Docens et sic et in alijs disciplinis est Theorica, utens, Practica, Docens tradit qcepta, utens q exempla monstrat usum eorundem.

10. Qualis est oratoria docens?

En occupatur circa finem, subjectum et media Oratorij propria.

11. Quis finis Oratori debet esse

propositus?

Ut principio doceat, suaviter delectet, & acriter flectat oratione soluta.

Doccat, in genere didascalico, delectet, in Encomiastico. Demonstrat inoffensive in Deliberativo. Abderem ego vehementer arguet in Judiciali.

12. Quodnam est subjectum oratoris?

Item a perhaforium.

Item ut ut simplex ut in genere didascalico ex [una] parte, et Demonstrativo, et compositum, ut in Didascalico ex altera parte, in Tragico et Judiciali.

14. Quanam sit Media?

Partes orationis soluta, numerus oratorius, et idea oratoris.

Per Partes Orationis soluta intelligit hic Autorem narrationem Dispositivam et elationem in Oratione soluta & quidem recte dicuntur Partes oratorij officij: Per numeros Oratoris intelligit pedes, Metricos, & quos decorant periodi, comata et cola Orationis, ita ut videantur quodammodo versus, cum tamen non sint nec debeant esse versus Poeticis, quod nimirum suavis Oratio auribus Auditorum illabatur: Per ideam Oratoriam intelligit nihil aliud, quam exemplum et imitationem alicujus perfecti Oratoris, ut inter Latinos Marci, Tullij Ciceronis, inter Gracos Demosthenis, inter Hebraeos Esaias fortiss.

15. Cuid proponit Oratoriam?

Geneseos et Analyseos Oratoria rationem.

Utile est omnino prius aliorum excellentium Autorum Orationes et legere, et secundum causam genera diligenter examinatas resolvere, antequam ipse arduum operi Oratoris perfecta componenda aggrediaris: Non enim nisi pluribus exemplis observatis discitur hoc artificium: Solas procepta non sufficiunt: Interim possunt tamen utiliter se exercere in slymnasmatibus Apollonis Sophistae. Et hec bastens.

Finis Oratoriam.

1. Quid est Pœtica?

Res bene effingendi Orationem Ligatam.

Pœtica Studium veti antiquissimum, & se sanctissimum, vereq; divinum, ita omni laude & dignissimum. DEVM u. celebrat, Ingenium exercet, memoriam jurat, posteritatem docet, res bene gestas immortalitate donat. Omnino igitur magnificandum. Ligata Oratio vocatur respectu soluta, eo quod verbis numeris pedum ac Syllabarum, certis legibus tanq; Vinculis sit astrictum. Carmen; quod Legitur nisi perfectis Pœticis hanc licet transgredi ut [transgredi] Trinitas uis ut Pœtastri minime permittitur hac licentia.

2. Quot sunt ipsius partes?

Duae, una generalis, altera specialis; Et illa rursus est ut docens ut utens.

3. Quid tractat Pœtica generalis docens? Ista tria Finem: qui est ligare Orationem; Subjectum: quod est ipsa Oratio ligata; et media: q; in Orationis Ligatae partibus et Speciebus.

Pœtica docentis finis est non solum ligare Orationem hoc est versus componere. [scribere] sed etiam ligatam intelligere et resolvere posse. Ad carmina u. scribenda multae naturae et inopi qui tamen artificium Pœticum intelligere possit, ad Praecepta u. Pœticam requiritur singularis et u. Poeta; et inchoatae Naturae, uti constat, frequens lectio optimarum Pœtarum, et exarationis oratio: Cum ad Praecepta Pœticae, seu Pœticae docentem, non requiratur singularis dispositio Naturae, nec multorum auctorum lectio. Alioquin Pœticae finis est Glorificatio Nominis Divini, celebratio rerum memorabilium, delectatio Lectoris, et informatio eorum quos, qui Naturae non sunt Poetae. Est u. Pœsis veri nucleus et mollificum Philosophiae, medicinalis Sapientiae.

4. Quenam st partes Orationis ligatae?

Inventio, Dispositio, et Elocutio Pœtica.

Partes Orationis ligatae eodem sensu quo supra soluta. Vide supra Lib. 9. Tit. 24.

5. Cuienam fit species orationis ligata?

Rythmus et carmen.

Datur tertium nempe carmen Rythmicum sicut in Hebraeo Poësi. In Latina quidem lingua non valde probantur versus rythmici nisi fortuiti: idem de Graeco sentiendum. Veterum vero Monachorum rythmici versus memoriae causa tolerantur, non vero laudantur [approbantur], nisi quoad res ipsas.

6. Cuid est Rythmus?

Oratio numerosa, certâ syllabarum harmoniâ constans.

Non desunt etiam rythmi Germanici (non quales fuisse et fuisse solent in eandem et futuror claudicatis) sum artificium. Sicut leporem, docuit refero tempore Martii, Opizii, inhaeratoe Poëtor Germanici, quem multi alij non infeliciter imitati: Et erat quidem hac medium optatissimum conservandae puritatis nrae lingua Vandicula, modo non admiserat illa. Et hanc par. fana: aut amatoriae nugamenta.

7. Cuid est Carmen?

Oratio numerosa, certâ pedum quantitate constans.

8. Quotuplex est Carmen?

Versus sive Metrum et Poëma; in illo spectantur partes, et fortiones, et species, in hoc varia genera.

Carmina differunt inter se: 1. ratione naturae, et Epithalamion, Epica, dum, Genesiacum, Propempticum, Gratulatorium &c. 2. ratione formae, et: Hexametrum, Elegiacum, Sapphicum, Pindalicum, Iambicum, et Ode Lyrica varia. 3. ratione quantitatis, aliud n. e. brevis, et vocatur, simpliciter carmen et metrum, aut etiam brevissimum ad ingeniosam ut Epigramma, aliud est poligrum et elaboratum, et vocatur Poëma, ut, Homeri, Ovidij, Vergilij.

9. Poëtica utens quid exponit?

Genesis et Analysis Poëtica rationem.

Analysis Poëtica docet omnes vere Literatos, et turpe vero docti non posse scire verum, facit enim hac plurimum etiam ad accuratam brevem citationem vocem: Genesis vero hoc est Compositio Versuum non est Formae necessaria: In res possibilis &c. &c.

10. Qua et Principua Species in Po.
etica Speciali?

17

Tres: Hebraica, Graeca, et Latina.

Non desunt et in Germanis, Gallicis, Italis, Hispanis in linguis Vernaculis sui Poetae: Nec laude sua orbantur Iuvenales et Poetae Syrorum, Chaldaeorum, Persarum, Indiarum, imprimis Arabum: Nec facile generatim erit in Barbara, et non aliq. tribuat et in Poesi: Aute res veris aliis excellit sine dubio Poetis sacrae Hebraea, quamvis magnam partem notis incognita. Graeca vero est facillima pro plurimam licentiam et copiam. Latina tamen frequentissima, idcirco nobis jucundissima. Possunt haec plura dici de Poesi Germanica et in ligata seu numerosa, sed supersedemus.

Et haec sunt fuerunt habitus Philosophici Organi (Organa nimirum sapientiae) quos hic solum sua diectione tractare iustitiae ratio non patitur et [permittere]: Tranimus igitur ad ipsam Philosophiam cujus prima pars est Metaphysica.

Finis Poetica.

Lib. XI. Metaphysica.

Metaphysica dicta prima Philosophia, item Sapientia Naturalis, et regnum scientiarum, vulgo Metaphysica eo quod post Physicam tradita ab Aristotele, quamvis naturae et dignitate prior, ut potest Regina et Diastatrix reliquarum disciplinarum Philosophicarum quibus principia et axiomatica describitur. Habet etiam magnam affinitatem cum Logica propter communem Materiam, et est omnes res sensibiles: Different a. ut Domina et ancilla: Altera possidet, altera tractat et usurpat res omnes.

1. Cuius est Metaphysica?

Scientiae entis quae ens est.

Scientia vox accipitur hic [paucis] latius pro quavis cognitione, ut supra Lib. II. nam alioquin rectius dixeretur per Sapientiam. Entis quae ens est non igitur speciem et particularem quamdam entis sed de ens in summo gradu sibi vendicat Metaphysica.

2. Quot sunt ipsius Partes?

Duae, una [generalis] communis, altera propria [specialis].

3. Quid proponit pars communis?

Transcendentia, s. e. vocabula generalissima quae non sunt in certo aliquo predicamento, qualia sunt ens, et entis principia, atque affectiones.

Transcendentia est quae scalas predicamentales omnino superat et transcendit.

4. Quid est ens?

Quod essentiam habet.

Ens, res, aliquid, existens, parum aut nihil differunt à se invicem.

5. Principia entis quae sunt?

Essentia et existentia.

6. Quid est essentia?

Natura communis, pura, forma generica et specifica.

Essentiam suam habent tamen accidentia, quae aliud aliquid sunt. Differunt tamen primum à se entis et substantiae, et ad utrumque existentia. Nulla est in essentia quae non semper in existentia: et ut existant maxime, non tamen sunt substantiae, nec per se subsistant. Essentia est universalis et aeterna, existentia singularis, coeque in tempore et actu circumscripta. Et utrumque continetur seu duratio est, ut intermonetur, ut aeternitas, ut terminata ut temporaria existentia: interim existentia semper licet [subiecta] actum secum. Quam rem essentia hic et nunc. Sic hoc peccatum, sed in Adamo in Paradiso, cum ille peccasset, ratio essentia, et sic in ipso peccavimus, etiam si ratione existit, etiam non tamen fuerimus: et Christi, semper tamen fuit redemptor, in unum post lapsum ratione essentia etiam si ratione existentia non tamen fuerit actus unus.

7. Quid est existentia?

Natura propria, pura, forma numerica, seu principium individuationis: existentia continuatio et duratio, eaque, vel permanens, ut aeternitas, vel successiva ut tempus.

8. Affectiones entis quotuplices?

Unita et Dissiuncta.

Unitae affectiones sunt quae singula singulariter de ente enunciantur, et de eis est enim, de eis est bonum, sic. Dissiunctae, quae per particulam disiunctivam ut oppositivam enunciantur. Ut, Eis est aut causa, aut causetur.

9. Unita quid?

Sunt modi, qui competunt omni enti: id est ut primario: ut:

Veritas, Veritas, Bonitas, ut secundariò, ut numerus, ordo, & factis et pulchritudo, de siguidem ens est unum, verum, bonum. Quærat aliquis: Annon istud etiam ens inordinatum, imperfectum, in forme. Resp: Minime, & siguidem ens, si modo ens, est ordinatum, perfectum, in forme pulchritudo.

10. Quid est Unitas?

Quæ ens in se est indivisum, et ab aliis quorung, divisum.

Naturas et volens. De id ipso dicitur unumquodque ens ab omnibus aliis, entibus: Differant igitur ens et entia, et implicat contradictionem. Dantur tamen diversæ gradus Unitatis: Simplicissima unitas consistit soli DEO, secundum quæ Angelis. Unitas per compositionem competit homini et aliis quæ creaturis.

11. Quot sunt modi Unitatis?

Tot, quot sunt prædicamenta. Nam res dicuntur una substantiâ, quantitate, qualitative &c.

In Prædicamentis comprehenduntur simplicia et in complexa entia. Et iterum in uno et eodem prædicamento dicitur aliquid unum, ut numerus, et speciatim genere, rebus, et propriis quo, et remoto, ut sumo, ut tandem etiam subiectis, sicut differentias et proprietates reducuntur ad sua subiecta.

12. Quid est Veritas?

Quæ ens convenit cum intellectu suo, id est, cum illi à quo dependet. Pendunt vero res naturales, morales et supernaturales ab intellectu DEI, artificiales ab intellectu artificis.

Verum est nihil aliud, quæ verum realiter ens, et opponitur fictitio quod non est ens. Excluduntur igitur fides, spectrum, phantasma, somnium, monstrum, et quodvis figmentum. Omne ens dependens, habet causam aliquam veram et realem, quæ sunt, DEVS, Angelus, Natura, homo. Cuiusvis enim non habet causam veram per se agentem, non est verè ens. Differant tamen etiam non ens et nihilum: Multa vero sunt non entia (nigros magis adan vollkommener) et tamen non sunt plane nihilum (nihil quæ nihil) et monstra, somnia, et iterum quædam ita non sunt, ut tamen esse possint, sed Deus vult, quæ nihil impietatis et absurditatis implicent, quam vis nullo modo esse possunt, extra blasphemiam et traditiones, ut Deus malus, et meliorum causa Manichæorum, ens non bonum.

13. Quid est Bonitas?

Qua ens convenit cum voluntate sua, id est, cum illa à qua esse approbationis habet.

Cum DEVS, Naturae, et recta ratio nihil faciant frustra, sed sua propter finem: sequitur de eis esse bonum, adeoque nec pulchritudinem esse, nec pulcritudinem, quia non sit bonum, etiam si non plurimam rem bonitatem in specie non in tali genere. Bonum autem est res esse, malum non esse: Unde et veritas bona dicitur, et omnia ea quae causam aliquid habent certam, efficientem, non deficientem, non aberrantem: Haec non sunt bona iurgiorum, gratia et peccatorum, mors, morbos, abortus, monstrum, caecitas, et similia defectus. Distinguitur tamen et sic inter bonitatem essentialiter de qua sic agitur, et inter bonitatem quae item est naturalis, et moralis, et artificialis: Illa in omnibus est invariabilis: Haec multis modis variabilis.

14. Recita Principales Regulas de tribus istis affectionibus?

Faciam lubens: 1. Unitas, Veritas, Bonitas, conuertuntur cum ente ac inter se, ita ut de eis sit unum, verum, bonum, et de unum sit verum et bonum. 2. Unitas est mensura multitudinis, origo concordiae, et mater conservacionis. 3. Unitas aggregacionis est minima, generis et speciei media, numeri maxima. 4. Veritas est perpetua, invicta, immutabilis, et sibi semper similis. 5. Omne bonum est appetibile, conservativum ac communicativum sui, et dissipativum contrarij.

Verissimi sunt Carones, et possent multis exemplis Mathematicis, Physicis, Politicis, Biologicis, si res ferret, illustrari, sed praxis suorum potest multa docere: V. g. summum ens est summum bonum, et summum bonum est summum verum; Ergo unum est Veritas, DEVS et summum bonum. Unum est verum et unum; Ergo una est vera Religio seu agnitio DEI, reliqua omnes erroneae et falsae: Veritas vero opponatur innumerabilibus falsis. Unitas est conservativa, ergo discordia dissipativa in quovis statu. Veritas est perpetua et invicta; Ergo lapsus et peccatores omnes confundentur, et peribunt tandem, ipsa vero permanebit ac triumphabit. Est immutabilis; ergo una et eadem semper fuit religio vera ab origine Mundi.

Est sibi semper similis; ergo sibi non contradicit in se. scriptura
et contradictio e certissima signum mendacii. Bonum e verum; Ergo
Diaboli et Mundi vana lubricitas seu Phantasmata non est vera bona.
Bonum est communicativum suis Ergo infidelis Praeceptor non e via boni, nec
salvator. Ergo Malarum foras se jure evadit. Sana exempla plurima
patet et adferri sed hoc sufficiant in sensu.

15. Quid est numerus?

Modus, quo ens dicitur numerabile; huic opponitur nume-
rus qui est quantitas. Ille cum sit modus essentiae, DEO
attribuitur, sic non item.

Numerus accipitur sic Metaphysice pro simplici attributo entis, non
Mathematica: Quod supra recte dicitur unus e numero DEUS, unus numerus Chri-
stus, mundus, unus numerus Adamus in Paradiso. cum Mathematica unitas
non sit numerus. Numerus igitur dicitur sic Quis unitas in ordine ad plura:
Secundum quidem non unum sed plurima entia creavit DEUS, et quidem omnia a se
meravit. Fecit v. carnium numerum ordine, mensura et pondere. Numerus igitur
differt a seculis singularibus h. e. entia individuali.

16. Quid est Ordo?

Modus, quo ens est inconfusum, sic in Deo est archetypus, in reb.
etypus, in disciplinis representativus, in Logica organicus.

Numerum statim sequitur ordo: Et sic e maxime secundum Naturam
DEI, qui e Deus ordinis. quemadmodum ordo confusio a Diabolo, qd e causa
interitus, sicut ordo causa conservationis. Vocatur v. ordo inter
qualia coordinatus, inter inqualia subordinatus. Sic subordinatus est
inter causas et effectus, genera et species, coordinatus vero inter causas
necessarias sociatas, inter species ejusdem generis. Et e ordo in DEO pri-
mario originaliter, deinde in Natura, tandem etiam in mente hominis.
Huc referuntur etiam gradus entium qui sunt duodecim. In 1. et entia pri-
vativa, qd proximè affant qd nihil, ut tenebrae, umbrae, caritas, mors etc.
In 2. entia intermedialia qd non habent propria subsistentiam, ut subje-
ctum, et colores etc. In 3. sunt entia retiniva, quorum subsistentia e
mens, ut noemata secundum. In 4. accidentia realia et positiva, ut res
qualitates, calor, frigus etc. In 5. substantia incompleta, et materi-
a et formae. In 6. substantia imperfecta mixta, ut Metheora.

nae, non igitur imperfecta, arbor non habet alas nec pedes, non igitur est imperfecta.

Alia est imperfectio privativa, quando abest id, quod adesse debebat, et est defectus naturae, ut a nona eorum, sordium, claudum: Haec contingit individuis per accidentia carnis Naturae, et impotentias Materias, non solum Speciei. Est etiam perfectio alia prima seu constitutiva rerum: Alia secunda seu operaria, illa siquid abest, haec non item.

18. Quid est Pulchritudo?

Modus entis, quo illud habet gratiam delectabilem. Eius ratio est magnetica et affectiva.

Perfectiorem statim sequitur Pulchritudo, Omne n. perfectum pulchrum. Ea est bonitas et agnoscit partium et q. partium, et attributorum, et ratio ad conciliandam gratiam, amabilitatem et complacentiam: Effigitur in visibilibus et spiritualibus: Ut pulcherrima & Divina, et summa pulchritudo, quia summa bonitas, et summa perfectio: Pulchritudo Angelica: Pulchritudo humana, quae virtutibus ornata, et consurgens Sapientia. Haec etiam non nihil menti percipitur: Nam recipere debet esse analogum recipiendo. Alia est visibilis et consistit in tribus, scilicet in Symetria singularium partium visibilium. 2. In apta [conveniente] mixtura colorum seu lucis et umbrarum. 3. In spiritali quadam qualitate effluente et singulari gratiam pariente. Sed quanto instantior est anima seu spiritus, corpore, tanto prestantior est Pulchritudo interna quam externa, quod crasum vulgus non considerat, pro Thebaeis carbones eligens, et pro Diana Raram amans, quia oculos corporis habens, oculis mentis caret.

19. Affectiones disjunctae quid sunt?

Ipsius differentiae, per quas illud primum dividitur.

20. Quot sunt classes differentiarum entis?

Quatuor: Alia siquidem oriuntur ex eorum principijs: Alia ex modis unitis primarijs, unitate puta, veritate, et bonitate.

21. Quot differentia oriuntur ex
principiis entis?

Decem, hoc ordine: 1. Ens est per se et per accidens, utrumque dicitur ratione essentialis, effectus seu efficientis, predicamentalis seu scientiae. 2. Est universale et particulare, illud ad multa pertinet, estque et in essendo, idque ante multa, in multis, et post multa, et in cauendo: hoc est quod numerus est unum. 3. Ens est actu et potentia; Actus est purus et impurus, individuus et diuiduus, permanens vel transiens primus et secundus: Potentia est obiectiva in mente, actiua in agente, passiva in patiente. 4. Ens est independens et dependens, utrumque ratione causa, subjecti, et termini relativi seu obiecti. 5. Ens est non creatum vel creatum. 6. Ens est a se et ab alio. 7. Ens est absolutum vel respectivum. Absolutum est vel a causa, et a subjecto, vel a termino. Respectivum refertur relatione transcendentali, quae est modus essentialis aut voluntatis, et opponitur relationi predicamentali quae est accidens. 8. Ens est incorruptibile vel corruptibile, utrumque est tale ratione causarum exteriarum et internarum. 9. Ens est completum et incompletum, illud est pars alterius, hoc secus. 10. Ens est Naturale et non Naturale.

I. Ens per accidens est privativum, intentionale, seu apparens, rationis et notionis secundae, fortuitum, concretum seu compositum ex diversis predicamentis, monstruosum. Reliqua essentialia per se, ut sunt transcendentia talia. 2. Predicamentalis. Et refertur ens ratione essentiali ad predicamentum certum, ratione effectus ad causam certam, ratione conditionis ad affectionem Logicam certam.

II. Universale in essendo est genus et species; Universale in cauendo est causa universalis; Universale in multis est Universale. Physicum: (ad Thomam).

Universale post multa est vōna Logicum.

III. Actus purus est sine potentia passiva ut solus DEVS; impurus cum potentia passiva mixtus, ut cuiusvis creaturae. Actus perfectus, qui in momento perficitur, ut actus Lucis; imperfectus, qui successivus ut motus corporis naturalis. Actus permanentis est qui continuatur, ut illuminatio; transiens qui finitur. Actus primus est forma, virtus, ut qualitas; per se res agit; secundus, operativus. Potentia objectiva est in mente, quae potest omnia objecta intelligibilia percipere; Potentia activa et passiva per se patent.

IV. Ens independentius est iterum solus DEVS, reliqua omnia dependent, ut et effectus à suis causis, ut et accidentia à suis subjectis, ut et relativa à suis correlativis sive tertij generis, ut mensuratum à sua mensura, visus à visibili.

V. et VI. Ens increatum et à se ipso est iterum solus DEVS, reliqua omnia creata et substantia, ut concretas et accidentia.

VII. Simpliciter absolutam ab omni causa est iterum DEVS; Absolutam à materia angelica; Absolutam à subjecto substantiae, et proprie prima; Absolutam à terminis est cui nullas adderet relatio, ut sit quantitas, color, et multa qualitates, quae sunt nempe generis. Relatio transcendentalis est quae superat omnia fundamenta, ut cum DEVS refertur ad creaturas, vel transcendentia ad se ipsam.

VIII. Incompossibile simpliciter est DEVS, secundum quid ex libera maiestrate voluntate Creatoris angelus bonus et malus, Spiritus Sanctus, Lex, Calam; Reliqua omnia compossibilia ex internis, et externis causis.

IX. Completum est, quod et per se subsistit, et suis partibus vel quasi partibus constat, et non est pars alterius; Incompletum quod ad alterius perfectiorem ordinatur et se ipso perfectum non est, ut materia prima.

X. Naturale est quod Naturam habet causam per se agentem; Non naturale est ut sit natura artificialis, ut supra Naturam ut miraculum, vel contra Naturam ut violentum, item peccatum et malum.

22. Quot differentiae oriuntur ex Unitate entis?

Sex hoc ordine. 1. Ens est simplex ut compositum, illud est tale absolute vel comparative, hoc compositum

Metaphysicè ex esse et essentia, natura et supposito, subje-
 ctu et accidente, actu et potentia, vel Logicè ex genere
 et differentia, vel Physicè ex materia et forma. 2. Ens è
 Totum vel pars; totum est vel perfectionis, ut DEVS,
 vel divisionis, idq; universale, essentiale, et integrale.
 Pars è Subjectiva, essentialis vel integralis, et hac simi-
 laris, vel dissimilaris. 3. Ens est prius, connexum, vel
 posterius, idq; vel Naturà, vel perfectione, vel loco, vel tem-
 pore, vel virtualiter, vel dignitate, vel cognitione, vel
 natura. 4. Ens è idem vel diversum, Idem est tale nu-
 merus, genus, species: Diversum est quod distinctionis ut
 oppositionis è capax. Distinctio est rationis vel rei, illa è
 vel pura, qua habet fundamentum in collatione rerum,
 vel eminentis qua est formalis, virtualis vel modalis. Hæc
 est numerica, specifica, vel generica, et numerica est
 vel essentialis, ut inter Petrum et Paulum, vel perso-
 nalis ut in S. Trinitate. Oppositio est negativa, eaq; dispa-
 rata contraria et relativa. 5. Ens est illocalle, vel lo-
 cale. 6. Est permanens vel successivum.

I. Ens absolute simplex è DEVS Opt: Max: in quo nihil est quod non sit
 essentia, et in quo nulla peccatus cadit compositio: Comparate simplex è
 Angelus respectu hominis. Metaphysicè esse è quiddam concretum, essentia
 quiddam abstractum, v. g. differant Angeli esse et essentia, et multo magis
 in homine. Natura è materia vel forma, suppositum è corpus Naturale,
 Natura in Ordo est gemina, Divina et Humana, suppositum è tota
 persona. Subjectum v. g. è Angelus, accidens Angeli sanctitas, et ali-
 bi magis Socrates et Socratis sapientia. Actus è quo, ver è id quod è
 Potentia qua aliquid aliud esse s. v. mutari potest. Ex genere et differ-
 entia constat definitio Logicè, ex materia et forma corpus Natu-
 rale.

II. Totum perfectionis è quod non habet partem extra partem, sed abicit.

V. Ens illud est simul et in incorporeum, ut primum DEVS, deinde Angeli, et spiritus, quae non possunt loci Physici contineri, aut circumscripti. Locale est primum corpus naturale, deinde adhaerentia corporis et accidentia. Quaevis enim spiritus, quatenus et facti sunt in aliquo (xod) ubi, non tamen sunt illi localiter vel naturaliter, quia nulla est conformitas et analogia corporis ambientis seu continentis et spiritus.

VI. Ens permanens est quodvis ens stabile: Successivum, seu fluxus, ut Metas, Tempus, et quae similia, quae semper sunt in fieri, et quorum partem unam, et simul alteram.

23. Quot differentiae oriuntur ex ens? Veritate?

Quing, hoc ordine: 1. Ens est mensura, eaque mensurans et mensurata, materialis et formalis, perfectionis et quantitatis, vel mensuratum. 2. Ens est possibile vel impossibile, et hoc vel tale est simpliciter, vel secundum quod. 3. Ens est infinitum, id est vel actu vel potentia, eaque extensionis et intensionis, vel finitum. 4. Ens est reale vel rationis, illud est positivum, vel privativum, hoc est figuratum otiosum vel technologicum, ut notiones secundae. 5. Ens est abstractum vel concretum, illud est tale ut realiter ut Deus est ens abstractissimum, vel mentaliter, ut hominis natura abstrahitur à Socrate et Platone, hoc est idem quod compositum.

I. Mensura mensurans res omnes est primum DEVS per mensuram Divinam, inde in certo genere, Natura, ars, voluntas, et uno verbo quacumque causa determinans. Mensura mensurata quae accipit suam mensuram aliunde et tamen alia mensurat, ut Vna. Mensura formalis est quae non accommodatur materiae, nec fluctuat. Mensura materialis quae accommodatur materiae mensurandis, ut Regula, Libra [in pluribus] item Logica. Mensura perfectionis est quae est causa cognitionis perficiens mentem ut sensum hominis ut visibile, intelligibile &c. Item quodvis perfectissimum in suo gradu genere est mensura religionum ut: Doctus, Praeceptor est mensura indoctorum discipulorum. Mensura quantitatis est rerum materialium, quantarum, longarum, laterum, crassarum, altarum, liquidarum, aridarum, gravium.

II. Ens possibile est quod nullam implicat absurditatem, si statuatur esse.

Impossibile simpliciter quod DEO et Natura rerum repugnat absolute
votivus: secundum qd quod fieri posset si DEVS vellet; et ex hypothese
quod supposita causa adagata fieri non potest, et impossibile e imperari
tantum, quam ea ratio e; salvari.

III. Infinitum ens actu e unicam. DEVS est: Max: Potentia extensio
est quantitas continua et discreta, q in infinitas partes potest vel multi
plicari, et dividi, et continuari successivè ut tempus. Potentia intensio
e in qualitate, q quocumq in infinitum potest interiri, ut Calor. Dicitur
etiam infinitam variationis, ut ex viginti quatuor literis fiant infiniti
compositores et libri, ex scala Musica infinita Cantiones. Finitum est
quod terminis vel essentia, vel quantitatis, vel qualitatis, vel actionis,
vel orationis darditur.

IV. De ente reali et rationis dicimus aliquod supra. Ens positivum est
ut Lex; Privatium, ut Tenebra.

V. Abstractum simplicissime ab omni causa, materia, et accidente e DEVS,
a materia Argenti a mixta materia. Colorem naturaliter, artificiali
ter Spiritus seu quinta essentia in distillatio agr: Mente abstracta
essentia ab existentia sua a concretis, quantitas a materia sensibili, acci
dens a subiecto, Universale, a singularibus.

24. Quot differentia oriuntur ex
entis Bonitate?

Sex hoc ordine: I. Ens est principium vel principiatum;
Principium est essentia, subsistentia, cognitionis, loci, tē
poris, ordinis, et dignitatis. II. Ens est causa vel causatum;
Ea in genere est prima et secunda, potentia vel acta, U
niversalis et particularis, subordinata et coordinata, en
juncta vel simplex, adagata vel inadagata, remota
vel proxima, principalis vel minus principalis, verè cau
sa vel sine qua non. In specie externa e, ut efficiens et
finis, vel interea ut materia et forma. Efficiens e pro
creans, conservans, et corrumpens; Solitaria vel socia, p
se et p accidens. Finis e per se et per accidens, et ille e
cujus vel cui; Finis cujus est internus vel externus, ada
guatus et inadagatus; architectonicus et subordinatus;
generationis vel rei genita. Materia est sensilis vel

intelligibilis, et illa transiens vel permanens, totalis et partialis, prima et secunda. Forma est substantialis et accidentalis, materialis vel immaterialis, totalis, et partialis, generalis vel specialis. Causatum est ordinis vel primi, ut effectum et finitum, vel secundi, ut materiatum et formatum. 3. Ens est necessarium vel non necessarium. Necessarium est in complexum seu rei, et in complexum seu propositionis, et illud est vel independens, ut Deus, et dependens quod pendet ex hypotesi alicujus causa, ut ab efficiente pendet necessitas infallibilitatis, sufficientiae, violentiae, coactionis, preparationis, meriti, precepti et obligationis: a fine pendet necessitas indigentiae et expediendae: A materia necessitas Physica seu inevitabilitatis: A forma necessitas existentiae et Naturae seu immutabilitatis. Non necessarium est liberum vel contingens. Contingens est in complexum, id est exi το ελαχιστον, τοι το ωδρισον κ, ιδιος, id est, raro, ut plerimum, vel aequaliter: Vel in complexum. 4. Ens est subjectum et adjunctum, illud in genere vel per se, vel per accidens, proprium vel commune, totale vel parziale, primum, vel secundarium, absolutum vel limitatum, in specie est recipiens et occupans. Hoc in genere est necessarium vel contingens, substantiale vel accidentale, commune vel proprium, separabile et inseparabile, perficiens et destruens, remotum et propinquum, affirmativum vel negativum, in specie est receptum vel occupatum. 5. Ens est signum vel signatum. Signum est naturale vel arbitrium, memorativum, demonstrativum, et prognosticon, nudum vel efficax, illud est docens seu notificans, hoc obsignans et pbens. 6. Ens est incommunicabile, et communicabile.

Principium essentia et causa essentia, per se res est, interna et extrin-
 na. Principium existentia et actus rei singularis. Effertur hic et
 nunc. Principium loci, temporis, ordinis, et terminus a quo res incipit
 octaminari loco, tempore, ordine, et primo punctum, et linea loci, pri-
 mam momentum temporis, prima pagina, et linea libri. Principium
 cognitionis est, per quod reliqua cognoscuntur, et axiomata et principia
 scientiarum. Principium dignitatis est, quod dignationis jure quirit, et
 Rex ut Princeps subditos, aurum reliqua metalla. Principium item quod
 est totum suppositum agens ut homo loquitur, Principium quo, est in-
 strumentum actionis, et lingua loquitur.

II. *Loco* causarum est amplissimum, et vix imò ne vix quidem in angustam
 restringi potest: Notetur tamen hoc sequentia brevissimè, plura alia:
 Causa prima et secunda, subordinata vel coordinata, remota vel pro-
 xima, dicuntur ratione ordinis in causando: Potenti et actu ratione
 temporis: Universali et particulari ratione amplitudinis: Conjuncta et
 simplex, adagata et inadagata ratione virium et cooperationis: Prin-
 cipalis et mixta, principalis ratione dignitatis: Verè causa et sine gra-
 no ratione Veritatis. Efficiens et causa primaria in numero quater-
 nario causarum: Procreans et ut crans [procreans] et generans, et formans
 et figurans naturè et arte: Conservans et procreantem continens, si-
 militer agens, possidens, usurpans, duo referuntur: Corruptens et con-
 traria procreanti et procreanti: Solitaria et sola, Sociata, quæcum-
 alijs operatur: Per se causa et certa ac definita, per accidentia indefinita
 et incerta. Idem de causis finalibus ferendum. Ceteram finis cui-
 jus est ipsum opus, ut ipsa domus, finis cui, usus domus. Finis cuiusdam
 terræ, et idea vel conceptus in efficientis mente. Finis cuius exterioris
 ipsum opus perfectum: Adagatus et totalis qui solus sufficit: Inadagatus
 quatuor, intra, qui et partialis. Architectonicus qui sumus et ultimus,
 ut Deus, subordinatus, et inferior et ad ulteriorem ordinatus. Finis ge-
 nerationis est idem cum fine cuius. Finis rei generatae cum fine cui
 coincidit. Materia sensibilis est rei corporea, intelligibilis incorporea,
 ut aere, mentis: Permanens qui rei constituta manet, Transiens qua
 in aliam mutatur specie differentem, ut ex limo fit et mures, vermes &c.
 Totalis et sola sufficit ad generationem: Partialis quæ non: Primas
 quæ remotissimas, secundas quæ proximæ aut etiam proxima, cum effi-
 ctiis. Forma substantialis est quæ substantiam efficit essentia

totalis
 etialis
 lis, ut
 lis, ut
 abas
 caton
 necc
 se po
 depar
 effici
 videtur
 nation
 at: a
 a: fo
 atabil
 res. Ca
 ov, ior
 e, rela
 tum ut
 idios
 rium
 specie
 um vel
 re vel
 et se
 el reg
 s. Est
 e vel
 ut per
 se na
 comu

aliter: Accidentaliter & accidentaliter determinat, ut quantitas vel
 qualitas generis: Materialis & ex materia potentia in causa effici
 entis orta e, ut forma corporis: Naturalis: Immaterialis & a Deo
 creata, ut Angelus, Spiritus etc. et ab arte introducta, ut forma facta
 a. Totalis: quae sola e perfecta, ut anima hominis: Partialis: quae
 non sola sufficit, ut in homine anima sensitiva. Similiter generalis,
 & toti generi communis est, ut anima animatis: Specialis uni speciei
 conuenit, ut anima humana. Causarum in genere et modis dici
 tur, quot causa, et a materia materiatum, a forma formatum.
 Nota B. Hic diligenter colligit Stadesii Philosophicus canonicus causam
 quorundam abig, maxime, & alios in omnibus disciplinis, et sine quibus
 la & scientia.

III. Necessarium e quod non potest non esse: Non necessarium e
 potest non esse, et aliter etc. Incomplexum necessarium e ens simplex
 affirmatione Logica, et e fieri idem quod verum, et veri ens: Necessari
 um ens complexum est propositio Logica affirmans aliquid de aliquo ne
 cessario. Ens independens: Et solus Deus: Dependens et aliqua creatura, ut
 a causis suis dependit. Necessitas infallibilitatis e eorum quae De
 us proficit et cogit, aut seruis suis reuelant; Similiter & ex necessa
 rijs causis procedunt ab omnibus (Et Eclipsis etc.). Necessitas scien
 tiae cum ex sufficientibus causis aliquid necessarium sequitur, ut Diligens
 Deo, meritum: CHRISSTI, et Fides, et sufficienter causa nostrae sal
 utis: Meritum CHRISSTI est sufficienter pro redemptione mundi. Ne
 cessitas violentiae est, cum causa aliqua violenter agit contra Nat
 uram, ut cum lapis sursum iuricitur. Necessitas coactionis est
 cum cogitur contra voluntatem suam: Ut cum Tyranni iactant se
 impossibilia posse reddere possibili. Necessitas preparationis et cum or
 dibus necessaria instrumenta parat ad opus futurum. Necessitas ne
 cessitatis, et non datur merces nisi promeritis suis. Necessitas praeci
 ptis, et bona opera et necessaria quia praeccepta. Necessitas obligati
 onis, et promissum dabit in debitum. Necessitas indigentiae, et indige
 ntiae ad hanc vitam consuetudinam. Necessitas expedientiae, et huius
 modus et necessaria ad recte perficiendum opus, duo pedes ad cursum.
 Necessitas Physica est ex materia mutabilitate, et omni elementare ne
 cessario e corruptibile. Necessitas existentijs, et de quod e, quando e
 necesse e Deo, et non potest non esse; Huc refertur etiam Necessitas
 Logica, quae est definitiois, diuisiois, predicatiois, Demonstrationis.

Non necessarium liberum & quod aliter esse potest ratione intellectus
 et voluntatis: Contingens & quod aliter esse potest citra intellectum
 et voluntatem in Natura rerum, illud tamen est in homine, hoc extraneum
 mixtum: Contingens in complexum & quod vel fieri (non tamen semp.)
 vel non fieri (non tamen neg.) et equaliter fit et non fit in una natura:
 Contingens in complexum & propositio fortuita et non necessaria, ut: Ma-
 jor exercitus vincet; qualis pater talis filius.

IV. Subjectum per se & cui per se, et non per aliud, adjunctum tribuitur,
 ut albedo nivi, nigredo corvi, huic opponitur eo per accidens, ut corvus
 in plumis albus. Proprium, et homo est risibilis: Commune, et homo
 est sapiens. Totale, et homo totus est peccator: Partiale, et sola an-
 ima rationalis intelligit. Primarium, et Deus est sapiens. Secundum
 et homo est sapiens. Absolutum, et homo quatenus homo est justus
 et inoffensus: Limitatum, et homo quatenus animal fertur, qua-
 tera corporeo, mortalis est. Subjectum recipiens & subjectum verum
 Physicum, receptaculum accidentium: Occupans & nobis propria di-
 ctum objectum, ut materia circa quam, et color respectu visus, intelli-
 gibile respectu intellectus. Adjunctum vel attributum necessarium
 est, quod necessario dicitur, ut tempus rebus Naturalibus, huic opponi-
 tur contingens quod non necessario dicitur, et vinum album. Adjun-
 ctum substantiale hic dicitur improprie Vas, et vinum in vitro: Acciden-
 tale magis proprie, et sapientia in homine. Commune vel proprium in-
 telligitur ex superioribus: quale n. subjectum, tale etiam adjunctum. Se-
 parabile, et albedo à pariete: Inseparabile, et albedo à nive. Perficiens,
 ut Virtus omnem; Destruens et vitium: Remotum, et sensus tri-
 buitur homini; Propinquum, et risus homini. Affirmativum, et homo
 est capax disciplinae: Negativum, et homo non habet liberam arbitrii
 in spiritualibus. Aequalum receptum, & accidens reale, et albedo in
 pariete: Occupatum et visus et color respectu coloris, dicitur quod
 circa subjectum occupatur.

V. Signum Naturale, quod à Natura; Arbitrarium quod à volunta-
 te Divina, et Angelica, et Humana dependet. Memorativum & rei
 praeterita; Demonstrativum praesens; prognosticon futura indicium.
 Nudum et doctus [notificans] & quod solummodo significat: Effi-
 cax est quod simul obsignat vel certificat, et araba, vel etiam exis-
 tet et significatam, ut S. Sacramenta proprie in N. T.

VI. Ens incommunicabile e quod alteri comunicari requirit, ut esse-
tia Divinae Creaturis, Definitio cuiusq; rei, proprium quarti mo-
di: Communicabile quod alteri comunicari potest per unam quā-
dam, et essentia Divinae tribus personis, ignis, ferus, calor, aqua, Di-
vina majestas homini Christo: Communicatio v. subjecti, comunicantur
etm adjuvata et propria Subjecti illius, et manent nibilo minus
pria.

25. Cuiusnam est usus transcendentium?

Examen cuiusq; rei per illa instituitur. Sic verbi gratia
in DEO consideratur essentia, unitas, veritas, bonitas,
perfectio &c. Deinde hinc petuntur distinctiones generalis-
sima, e. g. inter actum primum et secundum, prius Na-
tura et tempore.

Conveniunt omnia q; et existant, in tota rerum Universitate in o-
mnibus quibusdam principiis et attributis, qua in omnibus Scientiarum
Disciplinis, ipsa etm Theologia sobrie ac utiliter applicari possunt, et
de Metaphysica optimo jure Phil. Regina, et eximiatricem scien-
tiarum dici potest. Inestimabili igr est ejus usus, idcoq; studia
ejusdem semper cum Logica coniungendum, propterea causam supra
allegatam.

26. Quid proponit pars Metaphy-
sices propria?

Decem predicamenta, seu divisionem entis in substantiam
am et accedens.

Doctrina de predicamentis in Logica plane omittitur, hic vero con-
tremo digito vix attingitur, ubi tandem ea Grece erit? Ego videri
lem eam sordibus diligentissime incalcari ut explicari, e v. vere be-
saurus ac theatrum Universitatis omnium rerum, q; opusculum
definitionum, divisionum, argumentationum. Et ignoratis predicamen-
tis quid ego scire scio? Sed cogimur hic premere vestigia auctoris, plu-
morem tractationem alio, si DEO visum fuerit reservantes. Et recte
dividitur univ. eam in duo summa genera, substantiam et accidens,
excepto quod in Divinitate, et tres Personae, non tamen tres substan-
tia, nec tunc duntaxat accidentia. Datur igr et in mysterio tertium
quiddam. Nemo etm diei posset de facultate animae, qua neq; sube-

stantia, neq; accidentibus a se invicem differunt. Non illud, quia in hunc
modo essent tres et quatuor animae substantia differenter. Non hoc, quia
anima e ipsa forma substantialis.

27. Quid est Substantia?

Est ens per se subsistens, atq; hoc modo DEVS est gradus
maxime substantia, non itidem si substantia dicatur eaq;
substat accidentibus.

Si substantia dicatur a subsistendo et quidem per se, tunc omnino DEVS
est substantia, uno in finitio intervallo reliquas res substantias ex-
cedens, cujus respectu etiam reliq; res et q. non entia et nihil sunt. Et ro.
Si vero dicatur a subsistendo, id quod subleat vel subiacet accidentibus;
tunc nullo modo DEVS dicitur substantia, cum in ipsum solum nulla cau-
dat accidentia. Est igitur DEVS vere substantia, sed non in proprie amena-
to cum reliq; comuni, quia inter infinitum et finitum nulla proportio.
Alioquin substantia non recipiat magis et minus Metaphysici, nec Logici
ca, et non e magis substantia Elephas q; Musca, nec Gigas magis q;
puer [infans] et raras: At Physici raris e una substantia nobilissimam
formam substantialem equalis: Et sic pstat homo longi reliquis creatu-
ris irrationalibus et inanimatis: Praestant etiam organa pfecte mixta
imperfecte mixtis, coelestia terrestribus.

20. Quid est Accidens?

Est ens quod est in subjecto inherens, estq; absolutum, ut
quantitas et qualitas, vel respectivum, idq; vel primum, ut
relativum, actus et passio, vel secundarium, ut quando, ubi, situs,
habitus.

Omnia realia accidentia et positiva (nam privativa, intentionalia, et
magis, et similia, infimi gradus sunt quodammodo non entia)
invocari possunt per se ad novem genera seu propriae menta: At n. in dicitur
aut adherent, aut circumstant substantias, aut ex ipsis profluunt. Inha-
rent quantitates, qualitates, passiones, situs etc. Adherent relationes et du-
bitur exteri. Circumstant quando et ubi. Profluunt actus, et e formale
dicitur, et a qualitate. Et absoluta quidem est substantia, quia non in-
dicit alteri: Absoluta quantitas quia mente abstractiva a Materia seu
fili: Absoluta qualitas quodammodo, quia in dicit uni subjecto: Reliqua respec-
tiva semper regunt duo subjecta, et a aliud extra se referantur.

29. Qua et præcipue notanda de
novem istis Prædicamentis?

Ista summatim: 1. Quantitas à materia, qualitas à forma
fluit. 2. Quantitas sic intelligitur non virtutis seu inte-
siva, sed molis seu extensiva, non intelligibilis, quæ dicitur
transcendentalis, sed sensibilis, quæ dicitur prædicamentalis.
3. Qualitas sæpe sumitur catachrestice pro rei proprietate
atq; hoc sensu sæpe tribuitur DEO. 4. Habitus infusi à
DEO creantur actione tali, quæ supplet vicem multarum ac-
tionum repetitarum. 5. Impotentia Naturalis sæpe est
secundum naturam, ut servitus. 6. Relatio et actio quæ
DEO tribuitur, non est prædicamentalis i. e. accidens sed
transcendentalis i. e. modus, non verò accidens essentia aut
voluntatis eius. 7. Relatio est maxima efficacia, effi-
cacia a. ista pendet à fundamento et termino i. e. à causa
efficiente et finali. 8. Actio est immanens vel transiens,
individua vel dividua, perfectiva vel destructiva. 9. Passio
est perfectiva vel destructiva, transmutativa seu inten-
tionalis, quæ etiam dicitur objectiva et terminativa, ubi res
terminans actionem dicitur pati: Ut DEVS à nobis ad-
oratur.

I. Materiam statim sequitur quantitas, et contra quæ carent materia
carent etiam quantitate.

II. Quantitas intensiva est accidens qualitatis, ut calor major et mi-
nor. Quantitas intelligibilis potest etiam tribui incorporeis substan-
tis, at sensibilibus non nisi corporis.

III. Vox qualitatis accipitur hic latissime pro quovis adjuncto: hoc sen-
te dicimus, quicquid prædicatur de alio, id prædicatur aut in quid, aut in
quæ, hoc modo etiam dicitur DEVS est iustus, sapiens, sanctus: Præceptor et
persona docens: Pater est persona generans, cum tamen docere et generare
sint actiones.

IV. Habitus infusi in momento donantur, non per effectum sicut acquisi-
ti: et ratio quæ agentis supernaturalis alio non est divisibilis per
partes et gradus: Sic in momento Agostini evaserunt sapientiissimi, sed
quæ hic posset, an etiam Diabolus posset malus habitus subito infer-

Sed, et an aliquis repente possit evadere pessimo, quod vulgari proverbio negatur? Resp. Et nos negatam imus; D. E. V. n. seu Spiritus S. neminem deserit nisi prius deserat; Oportet igitur prius requiritur semina fuisse in eo q. a. Spiritu DOMINI deserat, et Satana tradit, eisdem q. mancipatus; ut ut si ipse sit interior, donec requiritur ipsam partem eorum Satanam incipit; et docent Theologi peccatam in Spiritum S. habere tres gradus. Helitus vero recepti huius gradum procedunt, et incrementa sumunt a prima potentia Naturali ad dispositionem, a dispositione laxa ad [imperfectam] per octavas actives ad perfectionem ordinariam; quod dicitur habitus, rursus ad perfectionem plus ordinariam, et vocatur virtus Heroica, in qua tamen etiam singularis eadem vis Divina continetur.

V. Impotentia Naturalis habet Naturalem causam, an vero sit libera sicut Naturam d. e. de bono Natura dubito, atq. dard sicut Politia sunt probaturi exemplum allatum: Horum v. principium: Oculi Naturam esse liberos, et unum nati ferunt: Et Theologi recte docent servitatem esse peccati perat; Ergo pector Naturam.

VI. Quia D. E. V. excelsis longe oia pfectamenta, idcirco etiam relati- nes et actives Divina ad comanem Regulari pfectamentorum vocari non possit, quod si a quibusdam factum, id improprie et crassiori Philosophia factum.

VII. Relatiorem tua et genera, in primo referuntur proportionibus, sicut sicut magis et minus, major et minor etc. et in his nulla proprie efficacia a ut operatio; in secundo et agens et patiens, tunc maxime efficacia sunt, eo ipso, quia et agentia et patientia; In tertio genere, et motu, sicut et nexuratum, nec etiam nihil agunt nisi Metaphysice et Spiritu huius modo, ut color et lux afficit oculos, intelligibile vocata, afficit intellectum, non alterando, multo minus destruendo, sed perficiendo.

VIII. Actio imitans est q. perficit propriam subjectam, et visio, in intellectu, cogitatio; Transfers q. alienam, ut illuminatio. Individua q. fit in mente, ut felicitas; Divina, qua successio et p. partes, ut aqua frigida a primo fit tepida, deinde calida, tandem fervida. Perfectiva et calefactiva: Destruiva et comburens.

IX. Similiter passio perfectiva e, qua subjectam perficitur, ut discere bonas artes, calefieri: Destruiva, ut discere Neomantiam, amovet. Transmutativa q. realem mutationem sive substantialem, sive accidentalem infert, ut colore vero tingi: Intentionalis, ut concept.

Colorem è radijs Solis per fenestram, et color Indis. Objectiva
seu terminativa, q̄ nil nisi terminam seu objectum actionis in se
[habet] et adorat. Hac nullam plane [pro] mutationem neq; rea-
lem neq; intentionalem importat.

30. Quid tibi videtur de undecim
cims prædicamentis quod dicitur
Categoria Notionum?

Notiones secunda collocantur non per se sed per accidens,
ac proinde peculiarem Categoriā constituere non possunt.

Quid multis op̄, ad prædicamenta nec possit nec solent referri, nisi
entia realia, q̄ de se mutuo prædicari possunt ut in quod et in qua,
lo: At entia rationis de se mutuo prædicari nequeunt. Si tamen oim̄
ad aliquod Prædicamentum revocari debent, dicuntur ea esse qualitates
seu impressiones mentis, et aut habet actu primo, ut & Logica, aut per
fines spiritualis actu secundo.

31. Cuius est usus Prædicamentorum?

Multiplex, nam prædicamenta sunt: 1. Tabula Univer-
sitarum rerum, et veluti mundus representat ^{titus} _{lirus}. 2.
Officia Philosophica, in qua constituentur subjecta dis-
ciplinarem. Nam, prima Philosophia delata ad ens aliq̄
speciale, quod peculiare veluti regnum sapientia consti-
tuere possit, ibi subsistit, et illius territorium comittit
certa disciplina, etsi sub sua Monarchia: Sic v. g. de sub-
stantia corporea Physicam, de quantitate Mathematicam
statu jubet, unde patet neq; infinitas esse disciplinas,
neq; illarum subjecta pendere ab hominis arbitrio. 3. Can-
cellaria Philosophica, in qua scribuntur Definitiones.
4. Gazophylacium discursus, quia thoma simplex sed u-
ci potest per varia prædicamenta, et in singulis possunt
adhiberi transcendentia. 5. thesaurus distinctionum,
imprimis si, ferantur prædicamenta et transcendentia. 6. Lexi-
con et Onomasticon in quo voces des digerunt, in: 30: classes.

Quanta sit utilitas, quarta comoditas et necessitas doctrinae in
 dicamentariae, verbis profecto explicari nequit. Est n. revera, ut et
 supra monuimus, Theatrum Universitatis, promptuarium mentis, ge-
 ma corda definitivorum, divisionum, et argumentationum, omnigenarum.
 Oportet igitur Studium Philosophiae semper in conspectu habere has: 10.
 Tabulas Amphitheatri seu Theatri sapientiae, et quae occurrunt methodice
 tractandum, et definiendo, et dividendo, et probando ac demonstrando, ad
 eandem statim referere. Unde liquido patet, non posse hanc doctrinam
 à Logica praesertim omitti aut negligi, quaeque accuratior ejus tractatus
 ad Metaphysicam pertinere non recusetur.

Finis. Metaphysicae.

Liber XII. Pneumatica.

1. Cuid est Pneumatica?

Scientia de natura Spiritus, idque tum in genere, tum in
 specie.

Dari spirituales etiam substantias ex lumine Natura agnoverunt etiam
 Philosophi, quas appellarunt intelligentias, seu Spiritus intelligentes,
 et hinc orta, Pneumatica, quam quidam partem Metaphysicam faciunt
 statuunt.

2. Cuid observandum est de Spiritu in genere?

Quod sit natura immaterialis, invisibilis, et indivisibilis,
 vivatque vitam intellectivam.

Natura Aliquando n. per dispensationem quandam assumpserunt corpo-
 ra, et ex vicino aëre condensata formata, vel alicando, ut et Spiritus
 valde agiles et potentes: Quia vero carent per se materia, idcirco
 nec dividi, nec sentiiri possit, sed nec sentiunt propriè quia carent or-
 ganis, sed perpetuo intelligunt, et longe aliter quae non in hoc mortali corpore.
 Non n. discernunt, nec ratiocinantur, nec unam ex aliis colligunt, sed sim-
 plici intuitu in momento rem cognoscunt à DEO revelatam.

3. Quot sunt Spiritus species?

Dua: est enim Spiritus increatus et creatus.

Ego non ausim appellare species. Non enim habent commune genus, et
 infiniti ad finitum nulla est proportio.

4. Increatus quis?

DEVS, ens illud simplicissimum, primum et perfectissimum.

Esse quoddam primum ens, et causam omnium aliorum entium, simplicissimum, perfectissimum, excellentissimum, optimum, maximum, beatissimum, pulcherrimum, sapientissimum, potentissimum, ex lamina Naturae omnino cogitare potuerunt saniores Ethnici: Qui vero, sit ille et quomodo ad fabricam aeternam sufficienter ac salubriter agnosceret; recteque, coleret, id vero ex principiis rationis Naturalis cognoscere [suscipere] nullo modo poterunt. In sola n. Ecclesia haec doctrina viget, fovet, et conservatur.

5. Quot consideranda sūt in Deo?

Duo: essentia et existentia eius.

Respectu nri fortasse differre, possit essentia et existentia DEI, et in Deo ipso mirime differunt. DEVS n. est essentia sua essentia.

6. Quomodo probatur existentia DEI?

Argumentis petitis in libro natura et scriptura, ibi est et beatrum conscientia; universalis consensus; et operum Dei consideratio, sic varia scriptura dicta.

Nili fontes Veteribus ignoti fuerant: Hodierni Geographi scribunt ori eam in Lacu quodam maximo sub 30^{to} fere gradu Poli antarctici. Fontes in Historia sua ora celebratissimos, et ipse certo tempore exarbat, ut et Euphrates fluviorum Africae maximus, et alij sicut in primis in Africa Niger &c. Indus fluvius scribitur Hebraei: 3773: Quoties Tigris India dicitur. Crassimus & Error eorum qui Paradyso concludunt etiam Ganges, fluvium Indiae ingentem, sicut et 20. millia lata. Et Nilum Africa a se invicem longissimo intervallo distanter, imo & contrario fluxu decurrerent. Tradunt recentiores Geographi Euphratem habere 5. ostia quibus accedit fluvius Chiddikel seu Tigris. Et haec et 4. illa capita fluvii in Historia Moysi: Phat, Pison, Gibon, et Chiddikel. Neque, quod nobis ignoscitur Paradyso vel ortem illam complexa fuisse Chaldaeanam et Indiam, totam etiam Africam usque ad fontes Nili, vel ortem Africae.

Sy. 24.
Gen. 2.

13. Cuius praecipue de fontibus tenendum? Quod sint et excellenter calidi quae therma dicuntur, ut

Carolina in Bobemia, Emisena, Wisbadena, et Badenenses in Germania, ut excellenter frigidi, ut medij. Item quod sint dulces ut acidi, qui dicuntur acidula. De rivis vide in ipso Systemate.

Disputatio de Thermis, acidulis, et similibus aquis mixtis ex Mineralibus, eorumque causis & effectibus pter et proprie ab Physicam.

14. Geographia Speciatim sic dicta
quid tradit?

Dimensionem terra, quae in genere est ut continens & firma ut insula seu peninsula, ut isthmus seu terra bimaris, ut promontorium: In specie est cognita ut incognita. In cognita & Borealis ut Australis. Cognita & nova, eaque subborealis ut subaustralis, et America, ut vetus, eaque Europa, Asia, Africa; Ita ut in universum sint. o. partes principes.

15. Quid notandum est de terra
incognita?

Borealis incipit ab una parte à gradu 50^o ab altera à gradu 60^o et dividitur in quatuor Insulas quae non nisi per transennam sunt visa. Australis à quibusdam locis incipit à gradu trigesimo, in quibusdam à 50^o et nihil ipsius est cognitum.

16. Quae sunt cognita Regiones Terrae
Subborealis?

Illae continentur hoc versu:

Spits, Græn, Fr, Fris, Scet, nova Zembla, Itcaria,
Weigatz: i. e. Spitsberga, Grænlandia, Islandia, Frislandia, Scetlandia, &c.

3. An vastissimas ille tractus Terrarum uno comuni nomine Americi nomen
 gunt, qui magnitudine sua tres ferme partes Veteris Orbis aequat, & sa-
 periori saeculo demum à Christophoro Colombo, & Sebastianino Cano fuit ex-
 ventus, profero seculis peritis fuerit ignotus? Disputatur ^{utro} in p[er]petua ac
 ventulu[m] quam studiosè Historiarum comendamus: Sunt & Platonis Sub eo
 medie terra Atlantica: Sunt & Caetagenensibus natis non ignotam fuisse
 se scribant: Sunt & per Ophiu Regnum Peru in sacra Historia intelligant.
 In Lexisula certe Incertarum manifeste fuisse deprehensa vestigia Britan-
 niæ olim ibi plantati referant. Sed hoc Historicis cura fuit. Sed. v. gij
 potest amplius quibus tandem signis cognoscere potuerit prius Inventor Colum-
 bantem ut tam vastam nolem ibi v[er]o occidentem latitare, quibus impulsus
 tam difficilem, tam periculosam, ac sumptuosam Navigationem eo susceperit
 ut instituerit? Respondent quidam in statu vestis, quo quofannis inde spi-
 rare artu temporis, deprehenderit. Tam vero conat Victor Victor & Ordinar-
 rius iudicium in terra aliena, quæ omnia ex salubri sabbataneis. Mari-
 ne veri v[er]o et vagabundis et incertis: Sed credibile & accessibile ad hanc plerora
 lia conjecturas: sive Historicas, sive Physicas, sive Mathematicas, quas nos
 iam in medio reliquimus.

19. Quomodo conferuntur inter se partes
 Terra Veteris?

Europa est minima, Africa media, Asia maxima. Illa
 Virgini, istæ pileo, hæc quadrangulo confertur.

Cum Hierosolyma sita sit sub gradu latitudinis 32^o ab aequatore, & aqua-
 tor statuatue mediu[m]. Cuius Modis Geographice, quibus quomodo, Salutor-
 ner possit dici passu in medio terra, qui passu est Hierosolymis? Respondet
 si quis diligentius inspicat Sabularum Geographica. Universales Veteris Orbis
 cogniti, deprehendet non nisi hoc die, quæ aliis scilicet, quæ Mathematicis
 ci. nec n. partes Orbis terrarum Europa, Asia, Africa, facit in hanc
 iordanis Divisio, cuius umbilicus seu centrum est ipse terra forata et in ea urbe
 Hierosolyma: Hoc respectu potest ea die medium terra probabiliter & cogniti:
 Alioqui pulcherrime comparatur. Europa Virgini eleganter p[er]to, cuius ver-
 tex arcto et gemini insignis. Et Latitania, caput Hispania, collem Nava-
 rra, p[er]to Galia, Venter Germania, Umbilicus, Bohemia, brachia
 dextram Italia, sinistram Britannia olim Germania p[er]to conjuncta,
 Cui Belgium, femur dextram Cannoria, sinistram Sarmatia, Syria
 venter Italia seu Suecia cum Norvegia, sicut arbor non est multo: ^{ita}

Europa statum miserabilem ac deploratam sub Perfora Virginis lethali-
 ter agrotantem Physicis, Politicis, Biologicis, raris, ut spero, graphicis ac
 vicis representavit, et respondit profecto Nationis eventus, ductusq. Aliiq.
 negari vix eodem potest Europam esse minime partem ex tribus istis, si
 molem et amplitudinem terrae spectet: At si studia sapientiae ac litterarum
 commiserit. Si veritates, si artes subtiliter et utiliter, si inventiones ingeniosas
 si structuras magnificas, si urbes splendidas, si mercaturas, si tenuis cul-
 turam: Haec, constantiter affirmare, eandem religio omnes, tota parte,
 etiamsi multi plures sint, palmam longissime praerere, gregi etiam Sinae
 serbatorem extremi haec gentis sua felicitate, subtilitate, nobilitate, sa-
 pientia, ac Constantia gaudent: Sed post sola! haec ipsa Virgo pueri calpa,
 lascivitiâ, petulantia, et discidia, ab eo e deplorata, operata, enervata, et
 emaciata, ut patitur calaveri ipsa formosa femina similia videatur. Certu-
 men principiarum Europa eligatissimam, longae, praeclarissimam edidit du-
 dam Carissimam, Virescentem, Luxuriosam, amur nec singularis. Nec tamen
 dissimulandum est, hic loci, Aethiam olim longe superiorem ac potentiorem nunc
 Europâ ob rem maximam circa gestarum sanctitatem, majestatem, aequi-
 tatem et celebritatem. In e. quo sum aram conditum, ibi et filium Dei
 redemptum, ibi coelestem Ecclesiam conservata, ibi propagatum primo Evan-
 gelium, ibi fundata sua praeior potentissima Monarchia, ibi fors et ara, sedes
 ac tabernaculum Omnipotentis DEI, ibi templum Magnificentissimam
 toto orbe celebratissimam, ibi urbs omnia totius Orientis Clarissima, teste
 etiam Plinio, ibi caetera regentia et stupenda miracula plurima, quae jam hae-
 bulam speciosissimam, Mathematicam impietatis, omnia omnium varietate for-
 tissima: Vix ad id nihil e in rebus humanis habile aut perenne. Den Aethi-
 cana rarior ad nostram cognitionem venit propter ignoratam hactenus,
 quod quidem volendum, inquam Arabiam, et regnum Mercatorum. Prae-
 ter ea quae de magno illo Monarcha Aethiâ Prastegane s. c. apostolico, et
 et alij valent Belat, Tobacox s. c. alio et magno rege narrantur, qui
 longe lateq. ab uno tropico ad alteram regnare fuitur (Cass. p. 700. Mill.
 Linnæus) et Christianus e. imò longe prior in Religione q. et Graeco vel
 Romanae Ecclesiae, totas fac orthodoxas, excepto fermento Judaeorum Cae-
 noniam, quas tamen et Aethiopsis dicitur feruntur. Eius Regina famo-
 sissima olim dicitur Magna Hierosolymam veniens, et explorans sapientiam et
 Solomonis Regis Indiarum gloriosissimi prohibetur ab ipso impugnatu et ipse filia
 nomine Meleda quo in iudicium cum ipso descendit et eam illi: Cumq. postea
 per Carusam Regina Cantuari ad Christum esset conversi, eudantur ab eo
 tempore retinuisse Ceremonias Mosajicas ab illa Magna Regina una cum Reli-
 gione Judaea primam introductas quod not in medio plangit. Reliqua petuntur ex Geographicis.

20. ² Inam st principes seu Metropolita-
tana regiones, ut vocant, Europa?

Partes continentes continentur hoc versu:

Hispān, Gallus, German, & Ital, Hellen,
Sbrax, Slav, Bojū, mox Hungar, et Daciān,
Sarmata, tum Danus, Norwegus, Suecia, Taurg.

Insula st:

Anglo-Scot, Irland, ac Majorca, Minorica, Corsic,
Sardinij, Siculi, Malta, Creta, Cycladesq.

21. ² Inam st principes regiones Africa?

Partes continentes st 7.

Barbara, Numidici, Lybici, Nigrita, Aethioperq,
Lui supra, ac infra vivunt, Aegyptia tellq. Alij Aethio-
pam superiorem & inferiorem habent pro una regione ac
ita 6. tantum partes Africa constituent. Insula hic st
ista:

Madera, Canaria, Virides, Ascensio Christi,
Matthaus, Princeps, Thomas, bono Anno, & inde
Insula sancta Helena, Madagascar, Socotoraq.

22. ² Quanam st Metropolitana re-
giones Asia.

Partes ipsiq continentes st numero 6.

Mosus, Tartarides, Turc, Persa, India, China.

Insula hic st ista:

Est Rhod, atq Cypri, Lesboraq, Samosq, Ciosq,
Ratona, et inde Cors, Maldiva, ac insula Zeilam.
Sumatra, Java duplex, Celeber, Bantamq, Molucca
Borneo, deinde Philippina, post Corea, Japan.

Fini Geographia.

68
Liber. XIX. Optica.

1. Cuid est Optica?

Venè videndi scientiā. Alio nomine Perspectiva.

Cum visus sit non modò maximè in universa vita humana venerandissimè D. E. T. sed et summam totius Philosophiæ subtilissimam ac principium: Reclutissimè factum gr. doctrinam de visibilibus, cuiusmodi variorum, qui circa eandem contrahere possunt, errorum, certis regulis ac Theoriam comprehendenda est, et ipsam studium per se est præcipuum subtilissimum, et exactissimum. Et sicut Logica rationem, sic Optica visum in se respicit.

2. Quot sit ejus partes?

Dua: una generalis, altera specialis.

3. Optica generalis quò docet?

Modum videndi in genere, ac proinde agit de visibili, et causa visionis Optica.

Fixatione oculi, ut et modò visionis, qui fit per receptionem specularem intentionalem seu spirituum, et eorum per emissionem rationem ex oculis, pertinet proprie ad Physicam et librorum de anima: Hic vero agitur præcipue de visibilibus differentijs, modis, et erroribus, qui contrahere possunt.

4. Visibile quotuplex?

Per se, et per accidens: Visibile per se est ut lux, ut color. Atque hæc duo percipiuntur sensu spoliato, i. e. solo visu. Visibile per accidens pluribus sensibus, quibus visu percipi potest: Talia in schola optica numerantur. 20. hoc ordine: figura, corporeitas, pulchritudo, deformitas, levitas, asperitas, consimilitudo, diversitas, distantia, remotio, situs, continuatio, separatio, numerus, motus, generis, diaphanitas, densitas, umbra, obscuritas seu opacitas. Alii alio ordine digerunt, ut infra videre est.

Omnia visibilia primam et præstantissimam est lux, cujus Natura magis est admirabilis quam explicabilis, ea est qualitas quaedam transcendens ^{exterioris} excelsa lentissima, atque pura et forma omnium formarum visibilibus, per quam omnia

Alia videtur, quocumque videtur. Secundo (A) pp. Licet et tot iam deinde
 videtur color, q. nec nisi in luce percipiatur, et oti. part. ut ex luce et um-
 bra. et ex refractione, rationum lucis, et quo pl. lucis darent id quod videtur
 et apparet in fumo & igne, unde alij color clarior, alij obscurior. Reliqua
 visibilia oriuntur ex materia, eji. vera dispositione, copia, loco, situ, et motu:
 Et percipiuntur fere [plurim] visa et tactu sensu. Distinguitur v. non visa sed
 sensu amari, q. e. cotinuu arbitrio omnium sensibilia: Quodam placi non vi-
 dentur nisi per accidens et privative, ut opacitas, umbra, diaphanitas, qua vidi-
 ri dicuntur tam, cum nihil videtur vel lucis et coloris: sicut sicutum non audit,
 sed corpus q. nihil auditur. De singulis brevitati loci, hic non est.

5. Quanam sunt causa visionis?

Causa remota est medium diaphanum, radij visorii, et fig-
 gura Optica. Proxima causa est radij visivi in oculo re-
 cepti dijudicatio.

Queritur: Quomodo diaphanum possit dici causa remota Visionis, cum tamen
 sit positum inter visibile et oculum, adeoq. propinquius oppo. Visibili? Res-
 pondetur: Dicitur sic ratione ordinis causalium. Posito v. diaphano videri
 tur nisi adsit oppositum visibile: Diaphanum v. per se nec lucet, nec videtur. Ra-
 dij visorii est linea recta Physica emanans e. quovis puncto in visibili ad oculum.
 Figura vero Optica consistit ex plurimis talibus lineis acuminata, quodam figuris
 ipsi corpori visibili, cujus radij e. in epla visibili. Spectaculo, angulo vero acu-
 tum in unico puncto in oculo: Unde omnis visio fit et per triangulum, et
 per pyramidalem figuram, et per conam: Hoc quidem si visibile fuerit rotundum,
 videt si angulum, aliud vero si lineam seu longam ducturam. Djudicatio vero
 est hoc modo audivimus, non ipsi visio sed sensus communis: Sapere v. videtur aliq.
 quod non significamus, sensu. sc. cotinuu alibi occupato, nec sensus non vi-
 detur, quod tamen externi vidimus.

6. Optica specialis quid docet?

Modum videndi in specie, adeoq. visus veritatem, et hallucinationem,
 et utramq. in visu simplici et composito dis-
 tincte.

Visibilia in specie et precipua. s. Lux. r. Color. s. Magnitudo.
 s. Figura. s. Locus. s. Numerus. s. Motus. De quorum ve-
 ritate et hallucinatione et erroribus varijs agit Optica non mo-
 do generatim, sed etiam speciatim.

7. Cuid est visus simplex?

Qui fit directè per unicum radium, qui dicitur incidentia, ut quando aspiciamus parietem.

Videmus parietem non per unicum dicitur per radium, qui è quovis puncto parietis egreditur sed eò qd figuram opticam recta sine hallucinatione in oculo incidentem: Video n. parietem figurâ quadratam, non unam tantum punctu parietis, fit tñ visio simplex non solummodo per unicum radium, sed etia per plures radios.

8. Visus compositus, quid est?

Qui fit per duos radios, unum incidentia, alterum obliquationis.

9. Quotuplex est vis, compositus?

Reflexus, & refractus.

10. Cuid est reflexus?

Qui fit per radium à speculo et alio reflexivo repercussum.

Radium qui recta et è corpore illuminato et è speculo respicit ad oculum, vel ad corpus luminosum non videtur sicut possit radius obliquationis. Obliqua n. linea est qua cum alia linea facit angulum obliquum: fit linea simpliciter reflexa et obliquata è eadem numero cum linea directa: Nullum tñ efficit angulum nec rectam nec obliquam. Mallem tñ appellare radium reflexionis rectum, et radiorum generatam, ad differentiam radij refractionis, qui facit angulos obliquos: ad radium incidentis. Et radij generatam ad angulos rectos est fortissimè.

11. Cuid est refractus?

Qui fit per radium in duplici medio, ut quando video aliquid in aqua.

Si ex diaphano rariore per densius aliquid conspicitur, e. g. ex aere puro per aquam et aerem aquosum, recessus est visibile et extra suam locum, et in maiori quantitate, vel alio colore conspicitur: Sicut baculi videtur in aqua fracti et refracti, nam majori parte, quidam piscis alio colore apparent in aqua, et in aere et hinc erroris optici varij. Vide facile est colligere quanta sit secretorum confusio in universa Astronomia, si attendatur in Coelo glacies et aer densi, solis et stellarum circumferentis circulariter. Notet imprimis in Opticis diligenter doctrina de umbra: Ea n. multa etia ut utilissima docuit: Sed è omnis aia sapientia è umbra in sole, et umbratilis tota.

Finis Opticae.

1. Co. 5.

Liber XX. Musica.

1. Quid est Musica?

Benè canendi scientia, aliar Harmonica.

Sicut Optica visum et Musica auditum perficit, et recreat, alteram illud sapientie instrumentum, scilicet totj, universj, hic manus est à Deo admirabile et arcana quaedam harmonia Musica concinnatur, cuij basis est terra, firmam a vocis corpora Coelestia, intermedia reliqua elementa, Musici Cantores, et Angeli, auditorio boniorum pjj et sapientie studiosi, vultu Dei totj, esse Deo et Opt: Max: Quia et Musica vna hoc trivialis: in hac vita inchoatur, altera de hanc aeterna perficitur, cum reliqua artes liberales cessabunt. Finis igit Musica primj est gloria Dei, secundj, hoc vita recreatio animi. Benè canere est sic secundam artis precepta canere: Nam aliq. Natura bene canunt etiam avor, et bñm a nobis artis igrari.

2. Quot st ejus partes?

Dua, una generalis, altera specialis.

3. Quid explicat Musica generalis?

Imprimis principia harmonia, et ipsam melodiam.

4. Quanam st principia Harmonia?

Illa tria, Monas, Dyas, et Trias Musica.

Principia principiorum st Naturale illud discernere et judicium inter bene et male consonans, inter suave et insuave, inter luctabile et flebile, quod omni, huius bonioribus nisi sint extremi stupidi Natura est insitam. Observatur hic tria non mysterium numero ternarij, qui primj, et simplicissimj inter perfectior: Trium a. vocum Musica est perfectior de qua rediinceps plerum.

5. Quid est Monas Musica?

Sonus in quo spectantur quantitas et signa.

6. Quotuplex est quantitas soni Musici?

Triplex. 1. Longitudo qua mensuratur tactu. 2. Latitudo qua cernitur in spiritu tenui et aspero. 3. Crassitudo q est vel unisonus, vel intervallum Musicum, ubi excellit scala Musica.

Longitudo soni est extensio ejusdem secundam temporis quantitate ac pportione

Vel in tactis Musici (que quotamodo minato bene respondet) partes, ut terti-
 am, d. quartam, ♯, octavam, ♯, sextam decimam, ♯, et tricesimam
 secundam, ♯, et in numeros, ut in simplicem tactum, 0, binarium, 11,
 quaternarium, 111, per proprias notas, longam, 111, breuem, 11, scriben-
 tem, 0, minimam, 0, semiminimam 0 &c. Latitudo e' intencio soni seu
 iam proportionem qualitatis, in superam et inferam, tenam et asperam, una
 de alia vox Basso illa s. e. proturba, alia alta, alia suprema sive Can-
 tar, alia vagans seu nebula et tenor appellatur. Crassitudo nobis videtur pa-
 tier ipsam systeme Musicam constare q. omnibus dimensionibus Geometricis
 s. e. vocibus tribus, quatuor, et pluribus, velut solidam aliquod corpus Geometri-
 cam, uti et esse tunc quatuor sequenti inquitur scribit: Signa soni crassi
 Musici sunt linea Musica, qua constituunt systema Musicum.

7. Quenam et signa soni Mu- sici?

Signa illa et soni et longi, ut nota, pausa, semicirculus,
 et custos: et lati ut punctum auctoris, suspirium et
 syncope: et crassi, ut Linea Musica qua constituunt
 systema Musicum, idq. et simplex quinq. linearum, et
 compositum decem linearum, in quo utroq. occurrunt
 litera seu claves et voces Musicæ.

Signa Musica et nota et quævis ex ipsa admodum et vocibus, et sunt sua
 Naturæ libera seu arbitraria. Veteres utebantur numeris Harmoni-
 cæ, quia ipsa Musica est subordinata et subalternata Arithmetica. In
 Instrumentalis Musici utuntur etiam literis, Alphabeti, et scilicet Musica.

8. Quid est Dyas Musica?

Consonantia et dissonantia duarum vocum, ut Octava,
 quinta, quarta, secunda, tertia &c.

Dyas Musica Harmonica est prima concordantia seu imperfecta ratione,
 totis systematis, quæ in se possit esse concordantia perfecta, ut quinta vel
 triaxilla: Imperfecta concordantia est tertia dulcor dulca, et sexta vox du-
 axilla cum tenore: Partim consonantia, partim dissonantia est quarta dia,
 tenaxilla: secunda seu tertia, et septima et simpliciter dissonantia, nec simul stare
 possit.

9. Quid est Trias Musica?

Consonantia et dissonantia. 3. vocu. v. g. g. sonant: ut, mi, sol.

Musica triam vocari est perfectissima constanti prima, tertia, et quarta voci.
Octava n. eadem vox cum prima decima eadem cum tertia. Excursiva
cum quinta, decima tertia cum sexta, et sic deinceps, et differunt solaque
littere et interiore vocis, quod apparet imprimis in Organo. Musica Prae-
terea, in quo usum Registrum, et vocantur, principales, quae lat. effecta de-
moriam Musiam atq; conjunctum cum Octava, Superoctava, et Subbasso,
quae faciunt vox ad officium artificum Musiam, sed solummodo ad am-
plificandam Acipitum. Notetur iterum Mysterium numeri ternarii:
Tres litterae faciunt radicem Grammaticam; tres termini faciunt Argumentum
Logicum; tres propositiones Syllogismum; tres lineae figuram; tres in ratione
corpis geometricum; tres numeri operationem Arithmetica; tria principia
constituunt corpus Naturale, tres in potentia anima, tres in parte ani-
mi humani: Intellectus, Voluntas, et Memoria. Et ut numero Deus impari junct.
Ea ut omne triam perfectum.

10. Quid est Melodia?

Est Monadum, Dyadum, Triadum, Musicarum artificia
osa juxta textum dispositio. Estq; ut simplex quae
dicitur monodia et unicinium, et composita, quae dicitur
Contrapunctus, et cernitur in Vicinijs, Tricinijs,
isq; quadricinijs &c.

Pracipuum artificium Musiam est, ut et modus sive tonus, et melodia
accommodate textui seu materia ad excitandos convenienter affectus,
quos olim accurate observavit Orlandus Lassus, quem qui contemnit,
habilitatem suam in hac arte perdit.

11. Quot sunt spectanda in Melodia?

Modus quo regitur, ut est Ionicus, Lydis &c. et motus
quo profertur, qui est vocalis et instrumentalis. Atq;
hoc posterius exequitur Musica specialis.

Modi seu toni, ut sibi vocantur, et quasi limitati et cancelli, intra
quos regulariter decurrere debet cantus, dicti olim a populo in vestibus,
et erant prima. 4. tantum, qbz adjuncti post alij. 4. sunt plagij sive seniles.
Hodie numerantur. 12. sex authenticis seu principalibus et totius plagij seu seniles.

Finis Musica.

71
Liber XXI. Ethica.

1. Cuid est Ethica?

Prudentia de bono morali.

Philosophia non minus circa mores et actiones hominum ad virtutem formandas
quàm circa cognitionem rerum acquiritur, nec minus refert esse
verum bonum quàm sapientiam, aut subtilem disputatorem. Scitam è illud Ari-
stotelis: Qui proficit in literis et deficit in moribus, plus deiecit, quàm proficit.
Et igitur Practica Philosophia cum Theoretica semper coniungenda.

2. Quot sũt eius partes?

Dua: una generalis, altera specialis.

3. Cuid docet Ethica generalis?

Finem suum, subjectum, & media.

4. Finis Ethica propositus quis?

Felicitas moralis, quæ est actio virtutis.

Et profecerunt Ethici cum Philosophi, ex lumine Natura, et felicitatem seu san-
nam hominis bonum collocarunt non in voluptatibus, non in honoribus, non in di-
tibus, nec in ulla alia re, quàm in virtute. Sed in sola virtute, actione
s. c. in bonis et laudabilibus. Hic longe deteriorer et multi Hædochi
Stuati, (qui vota sicut ipsi pegeris turpiter) qui tamen ab istis in illo magno
causis sic graviter accusabantur et condemnabantur.

5. Subjectum Ethica quod?

Bonum Morale generaliter, extra certam societatem con-
sideratum, item voluntas hominis cum facultatibus an-
cillaribus, ut sũt appetitus, affectus, et locomotiva.

Quare non sunt necessaria sic loci subtilitates Logica, Atque sic bonos
potius quàm doctos officere: Videtur notis tamen subjectum potius esse viri boni, quàm
fieri ex intellectu practico, voluntatem, appetitum, affectum, locomotivam,
omnesque suas actiones secundam Virtutis et recte rationis normam dirigere debet
et solet. Deridit enim inordinatam bonum per se, qualem extra societatem sit
et esse debet.

6. Media quot?

Virtus moralis, et actio virtutis moralis: Hic est Aretologia
hic Praxiologia.

Non sufficit virtutis habitus, sed requiritur etiam perpetuum exercitium ei
iustum.

7. Cuid est virtus moralis?

Habitus cum recta ratione electivus.

Habitus est: ergo bonum stabile ac proprium in nostra potestate situm,
nec nisi dispositio laetitia, metus, misericordia et altera actio iusta: Et est
habitus acquisitus crebris actionibus, et studio boni et detestatio: Et est
electivus secundum rationem rectam. Non igitur sub virtutem cadunt actio-
nes, frivola, violenta, tum altissima et quaeque, non ex libera voluntate
prodeunt.

8. Quomodo consideratur virtus?

In genere et in specie.

9. In genere quomodo?

Quantum ad causas et effecta, subjecta et adjuncta, con-
gnata et opposita. Et quibus ego hic explicabo causam
efficientem et proprietates virtutis moralis.

Quae hic omittenda censuit Auctor, nec nos persequemur fastidii, brevitate ista
dico [Invenit Aristoteles] ne nimiam exerceat opusculum.

10. Efficiens Virtutis quae?

Prima est DEVS, secunda est intra hominem in animo,
ut lex naturalis, Synteresis, et conscientia, et in corpo-
re, ut bonum temperamentum: Extra hominem est bona
educatio.

Recte statuitur DEVS auctor primus omnium bonorum operum etiam in
Ethicis, quatenus ea lege Divina et confirmata: Nam defectus eorum est
aliunde, nempe à Natura corrupta. Altissimi in fixa et hominum menti Prin-
cipia doctrinae civilis: et quibus vita et concepta Ethica saluberrima, et ex
plurimorum sententiis et exemplis Ethicorum sanctorum patebit, et conscia.
In omnibus hominibus solent testatur, de quibus etiam praedicat Apostolus. Rom. 1. 19.

Haec principia qui negat, inter feras bestias et abjiciendus. Bonum Tunc peramentum dependens precipue ab affluentia Coelesti inclinare quidem pote ad utilitatis studium naturaliter: Et est causa virtutis velle remota et in se sufficiens, et fidelis exortio longi magis momentum confert ad omnem bonitatem et multa mala Natura corrigere potest, ut Exempla testantur.

11. Proprietates Virtutis quae?

Omni virtuti competit sinceritas et constantia: Item quod sit ordinaria ut extraordinaria seu Heroica, perfecta et imperfecta seu inchoata.

Sinceritas consistit in eo, ut bono solo virtutis, ut utique non Christiani loquimur, solo Deo amore, non spe lucri, voluptatis, honoris, aut commodi alius recte agamus: Constantia in eo, ut in bono proposito ad finem usque perseveremus, neque, nec metu, nec periculo, nec morte quicquam offe immo dimoveri non patiamur. Virtus ordinaria est quae in quocumque hominem summe cadere potest: Extraordinaria quae non nisi paucis, nec sine singulari cooperatione Spiritus S. contingit. Perfecta est habitus reddens gravior et facilius abstinere: Imperfecta quodammodo molestas, et continentiae respectu temperantia, patientia respectu fortitudinis imperfecta est. Aliqua dispositio languida non potest dici salubris.

12. Quomodo, consideratur Virtus in specie?

Quod sit dirigens, et directa. Illa est universalis, haec particularis.

13. Virtutes dirigentes quot?

Duae: Prudentia et Iustitia.

Prudentia pro accipitur et late pro quovis habita Practico, sed Ethica Politica, Oeconomica, Scholastica, Militaris &c. separatur per Prudenciam: Vel Structur pro facultate directrice singularum actionum secundum virtutes, hoc sensu sic accipitur.

14. Cuius est Prudentia?

Virtus dirigens, media inter Pertinaciam ac Impudentiam, ac proinde gubernans actionem pro varietate circumstantiarum.

Quæri hinc potest an omnis Virtus sit posita in mediocritate ad quæ nos
respiciunt, ut Aristoteles definit: Respondetur: non: Quoniam n. Virtutes bonæ
sunt comparatæ, ac excessum non admittunt per se. Nempe n. potest (hic) esse ni-
mis sapiens, nimis prudens, nimis iustus, nimis verax, nimis candidus nisi pla-
nissime per accidens ratione erigam abusus, et certam circumstantiam, et
circumstantiam bonam. Aliud quo magis hinc Virtutibus excellimus, id propter ad
DEUM accedimus. San Prudentia de qua hinc agitur, obiectum necesse in inter-
tentionem, et deliberationem actionum nec quidem in libris ad id rationibus, et
inter sapientiam quæ nihil omnino rationis ardet, sed cum impetu fortis
præcepit.

15. Cuid est Iustitia Universalis?

Virtus dirigens media inter injustitiam rigidam et la-
xam seu frigidam, ac proinde docens suum cuiusq; tribu-
ere secundum omnia Decalogi præcepta, seu per omnia
Virtutis genera.

Iustitia Universalis est obediencia erga omnia mandata DEI et statuta
Regum: bonorum: In hac certe molimur excellere non possumus nisi plane per
accidens, uti dicitur: Ut si quis nimis rigide per se non exequatur non sa-
bita ratione circumstantiarum, vite arctate, meritorum, agnitionis et modo
rationis naturalis, aut Charitatis Christianæ.

16. Virtus directa quotuplex?

Pietas & Probitas.

17. Cuid est Pietas?

Virtus media inter superstitiositatem et irreligiosita-
tem, ac proinde cultus rectus DEI recte cogniti.

18. Cuid est Probitas?

Virtus respiciens hominem.

19. Quotuplex est?

Simplex vel Conjuncta.

20. Probitas simplex quid?

Est virtus qua refertur ut ad nos, ut ad alios.

Pietas DEUM. Probitas proximam et non ipsam. Pietas prima. Probitas se-
cundam. Tabulam Decalogi respice. Apostolus sic docet: Ergo DEUM
erga DEUM. honor erga proximum. susceptor erga Non ipsam. Tab. 2.

21. Probitas ad nos relata quotuplex?

Est moderatrix ut cupiditatis, ut affectus.

22. Moderatrix cupiditatis qua?

Temperantia et Vigilantia.

23. Quid est Temperantia?

Virtus media inter Stuporem Naturae, et illicitam vo-
luptatis cupiditatem, ac proinde regula actionum cir-
cà cibum, potum, et venerem.

Plurimè, nam extremam est frequentius altera, et sic raris est Stupe-
r Naturae et avaritia, frequentissima intemperantia et onerositas. Retrahe-
re ergo est Natura ad extremam raris et tam denam tenetur medi-
am.

24. Quid est Vigilantia?

Virtus media inter somnolentiam, et insomniam vo-
luntariam.

Vigilantia est quaedam quasi species Temperantiae: Somnus n. modera-
tus et levis est et utilis, quin et bonitas: Excessus vero in vitio et ter-
gum: Defectus est vis Naturae illata, et injustitia quaedam somnois erga se
ipsum.

25. Moderatrix affectus quotuplex?

Ea respicit amorem nostri, ut desiderium rerum, et do-
lorem.

26. Quid est Amor nostri?

Virtus media inter sui amorem immoderatum, et nullum.

Via bonus est maxime Philanthropus, sui ipsius amantissimus: Optat v. sibi

Lib. 1. Manu
et

Præstantissima bonæ, bonæ animi, bonæ et præclara omnia: Et præclara
na vera est mensura Charitatis proximi. Insuper vero, aforti, et Civitas se
ipso minime avertit nec vera bona sibi eligunt.

27. Virtus respiciens et gubernans desiderium
rerum desiderabilia quatuorplex?

Ea gubernat desiderium honoris, laboris, et opum.

28. Cuienam Virtus gubernat desiderium
Honoris?

Modestia virtus media inter ambitionem et contemptum
honoris.

2. Item in Honoribus
non bonitate est

Omnia sunt Viro Boni modesti honoris ambire, non per se virtutem. Et
benemerita in Regibus et Honoris. et primum Virtutis operabile, et in
gravi nihil solari neque induerari: Ipse Deus bonitas pro. Insuper vero ap
petitus honoris et gloriæ nequeam quia pro merito debitorum, et per illud
media vituperari, vitium frequentissimum. Sicut ergo ingentium malorum.

29. Quæ virtus respicit et regit desiderium
Laboris?

Sedulitas quæ est medium inter nimiam satagentiam
et ignaviam.

Cum homo ad laborem actus sit non ad otium ignaviam, quod est malum
nam et pulvinar Satanae recte incitat, consequatur est gravissimi peccati
ovum DEUM Creatorum, et in Naturam, qui vitam ab ipso donatam autem
bil, autalicia, aut fivola egendo perdat.

30. Virtus regens desiderium opum
quatuorplex?

Est primaria ut Sufficientia, et secundaria, ut
recte rem parandi studium, et parsimonia.

31. Cuius est Sufficientia?

Est Virtus media inter sollicitudinem et hnicam et
fastidium rerum presentium.

Magna pars est Felicitatis acquiescere Bonis presentibus, nec plura
 anxie desiderare, nec fastidire à Deo dato, qualia et quantitas
 etiam minima.

32. Cuid est Studium honeste rem parandi?

Virtus media inter Studium ditescendi per fas et nefas
 et pigritiam.

Honore et pariter us proprii laboribus, vocationis legitime ac Divina: Deinde
 ipsi melius Naturalibus ac licitis, de quibus infra Libro de Oeconomia.

33. Cuid est Parsimonia?

Virtus conservans divitias, media inter profusionem
 et sordidam tenacitatem.

Non enim est virtus, quam quære, parca tueri. Virtus ipse locum
 habet non modo in acquirendis, sed et in recte possidendis ac dispensan-
 dis rebus, impii enim cum pecunia sit rerum ac instrumentum multam vir-
 tutem exercebant. Intra extrema sordida tenacitas est detestanda, quia fere
 incorrigibilis, cum proleptis saepe ad fugam revocari queat.

34. Virtus moderans dolorem seu affectu
 in rebus adversis qua?

Fortitudo, Virtus mediocritatem servans inter Timor-
 em et audaciam.

Vix est alia Virtus, in qua medium difficilius observari ac teneri queat,
 petus, atq; e fortitudo, adeo facile prorumpere potest in audaciam: Imò
 inconstans temeritas in ^{oppositam} contrariam timiditatem saepe degenerat. Ratio vi-
 detur esse, hoc non infima, quod in subitaneis casibus, circa quos versatur
 hac Virtus, et quidem velle terribilibus, non semper succurrant ex tempore opti-
 ma consilia, affectibus rationem pretertentibus.

35. Probitas ad alios relata quotuplex?

Duplex: vid. moderatrix conversationis et communicationis
 ibi est humanitas et urbanitas, hic justitia parti-
 cularis, liberalitas, et officiositas.

36. Cuid est humanitas ut comitas?

Mediocritas inter morositatem et nimiam facilitatem in conversando

Cum Humanitas dicta sit ab homine, apparet hanc Virtutem maxime de
coru hominem: Dicitur Ego cor, qui hac Virtute a legibus et moribus
pudicis separari videntur, nec pro verbum vitam: Homo homini lupus in
Duo solus et satis est habitare cum beatis q. cum talibus, abaygawow. Contra
si qui nimis blandi et tractabiles videri solent, plerumq. et hypocrisis, su
malitiosos duplici corde, quod vitium longi deterior est morositate.

37. Quid est Urbanitas?

**Mediocritas inter Scurrilitatem et rusticitatem in
jocando.**

Urbanitas Latini, Graeci ἄρτιος, ab urbibus, Germanici ab alii, si
curatur q. Mulier, Goffling, male utrumq. nam et in multis urbes
invenio inurbanos, et in alio rusticos mores, plerumq. vero hypocritas
et hypocritas seu Calumniatores.

38. Quid est Iustitia Particularis?

**Mediocritas in rebus distribuendis et commutandis.
Unde alia est distributiva, alia commutativa. Sub
priori continetur Gratitude.**

Iustitia distributiva, qua consistit in distributione praemiorum ac
paearam, pro cuiusq. meritis, habet tres Regulas, quarum prima est Lex
Universalis sive Divina, sive Humana civilis: Secunda agitur Naturalis,
invenitur, cum recta ratione consentiens, et a prudentia arbitrariore
Iustitiam depellicat: Tertia partem, partem n. et commutativa est Iudicium n.
si sint valde aequa. Iustitia vero commutativa consistit in aequa estimati
one, meriti, et locum habet inter ementes ac vendentes: Ego arbiter et
flegit est ratio, quem dicitur putant quasi vopur, a distribuendo ve
nem, et valet in huiusmodi et concessa hominum non in Quid.
Ab Iustitiam hanc Particularem maxime refertur Gratitude. Beneficium
cum n. acceptum ante oia obligat hominem ad reddendam gratiam iure.
Naturae Iustissimo, quod etiam feris quibusdam ac brutis animalibus alie
impressum e. Hinc vaillim dicitur ingrato homine teno nihil pejo, alitget
Ingratum si hixerit die mala dixero. Inquit, igitur nec q. h. nec q. h. nec libe
ralis, nec magnificus, tandem nec vis bonus dicitur m. curat, adeoq. Gratitude
viti, e. imprimis oib. necessaria, maximis juxta ac minimis.

39. Quid est Liberalitas?

Mediocritas inter prodigalitatē et avaritiā.

Liberalitas à libero nomen accepit: Quicunque egenon libere largitur, sed
ope comēdi, lucri, compensationis aut honoris, is liberalis non est dicendus.
Vide etiā Matth. 23. et 6. capita.

10. Quid est Officiositas?

Mediocritas inter inofficiositatem et nimiam officiositatem.

Officiositas valde cognata ē humanitati, se qua supra, et consistit in
factis. sicut illa in Verbis, vulgus, et gestibus. Omnium v. serua vitatum
natura est et Regala comūnis; Charitas, totius à Christo Salvatore nobis com-
mendata, quamquam etiā lege Natura imperata, imò insculpta.

11. Quanam est Probitas conjuncta?

Ille partim ad nos, partim ad alios respicit, et regit p̄
cipue affectum seu signa affectū.

Omnia in homine et capacia Virtutis et gubernanda recte rationi: Et
non modo exterae actiones, sed etiā affectus, sermones, gestus. Non igitur
vicula res ē Virtutis studium, nec ab his obvis via boni ē consideranda.

12. Quanam p̄cipue regit affectum?

Manfuetudo, Humilitas, et Concordia.

13. Mansuetudo qd est?

Est medium inter iracundiam et lenitubinem.

Manfuetus, quasi mare factus, ac tractabilis, qui exiit Naturam feram
juxta illud:

Carida Pax domice, trax decet ira ferar.

14. Quid est Humilitas?

Est medium inter superbiam, et imoderatam depressi-
onem.

Humilitas ab humo dicta propriissime significat demissionem rei corpora e
superiori loco ad terram, inde ad animum transfertur, q. dicitur demissionem
animi ad terram, sicut Abraham dicit ad DOMINUM DEVM: Ecce pulvis
sem et cinis. Et, subterrena quidem virtus, et singulari ornamento re-
sponsum omnium, sicut ē contraria superbia DEO et hominibus extol-
let. Sed debet etiā fieri oppositum defectum, quando quis nimium sese ex-

Gen. 12.

76
49. Quid est Taciturnitas?

Medium inter garrulitatem et intempertivum silentium.

Taciturnitas habet suam laudem et locum, sed non semper nec ubiqs. Est n. in
sua tempari loquacibus. Anglos silentium perdidit. Lectio.

50. Quid est Gravitas?

Medium inter levitatem et nimiam severitatem.

Gravitas respondeat dignitati Personae: Stolidum est Praetorem paganum
imitari gravitatem Principis et Dynastae aut Regis.

51. Quid est Civilitas?

Medium inter incivilitatem et affectatam civilitatem.

De civilitate morum multa eleganter monuit Erasmus, quae non modo pueri
verum etiam adultis viris, et feminis, suo modo convenire possunt. Hodi-
erum nostri historicos, sicut Gallorum, Italorum, Hispanorum, ridendi po-
tius sunt quam laudandi, imò verius detestandi, quia levitatem animi insigni-
ter probant: Et hoc profecto non minima est causa paucitatis nostrae Germaniae.
Peregrini a moribus peregrinioribus propius attrahunt: Peregrini propterea veteres inge-
neri extirpant et expellunt.

52. Quid est Verecundia?

Medium inter impudentiam et immodicum pudorem.

Verecundia Aristoteli non est Virtus propria, nec enim dicitur fieri: Turpe
sensum crebescere. Sed est aliquid simile Virtuti, et est bonum signum ex ma-
la causa, in aetate juvenili et sepe feminis: Hic vero accipitur passim au-
titer vis, pro pudore illo perpetuando aliquid mali etiam sine torte, et sic valde
affinis est Timori Dei, Synteresi et Conscientiae, custos q. Virtutum, jan-
nitrix castitatis, propulsiatrix vitiorum et libidinum vagarum: Et Nec sui gē
videtur nobis esse Virtus, sed communis famula et Ministra Virtutum.

53. Quid est actio moralis?

Motus hominis ad bonum vel malum morale deter-
minatus.

Actiones Ethicae non sunt demonstrationes Mathematicae, quibus nihil ad
nihil semper quest, sed pro varietate circumstantiarum, aetatis, sexus, status,
viri, facultatem, officii, necessitatis, massarum et accidentium, multis
modis variari et ipsa possunt. Prudentia igitur, precibus, et assidua meditatione
Legis Divinae est opus, ne à regia via virtutum, in primis pietatis actio-
nis DOMINI experiemur aut deflectamur. Virtus in medio consistit, errores
ultro citroque, et innumerabiles.

st. Cuid tradit Ethica specialis seu
propria?

Accommodationem Virtutis et actionis moralis ad circū-
stantias rerum, personarum et actionum.

Psalmus 119.

Spiritus Domini deducat nos in via recta. De.

Finis Ethicae.

Liber. XXII. Oeconomica.

1. Cuid est Oeconomica?

Prudentia de bono familie.

Cum Oeconomia sit prima radix et origo, nutritrix et fons omnium alicuius
tuam vitæ generam: Cuius bene instituta sit idea et epitome quaedam
florentis et felicitatis Leup. inveni à Philosopho eius tractatio non potest inter-
mitti, nisi etiam fortissimi Philosophi non visent de ea ex professo scribere
quarquam de omni ex verbo Dei quæ et libellis Catechetis longe melius
possunt dici.

2. Quotuplex est?

Generalis et specialis.

3. Generalis quid tractat?

Finem suum, subjectum, et media.

4. Finis quis?

Felicitas Oeconomica, qua familia bene est.

Psalms. 128. Laborum manuum tuarum manducabis, beatus eris et bene tibi erit: Sic tamen promissis semper accipienda et intelligenda est cum exceptione crucis singulari consilio Dei iuncta, et impedita, et sufficit bene tractamur subieci si non Oeconomiam sicutem consuetudinem tranquillam.

5. Subjectum quod?

Ipse domus seu familia, quae est certarum Personarum iure convictus domestici derivatarum Societas, sive *οὐζυρία*.

Ergo Oeconomia est eius collectivum, et sic distinguitur Oeconomica ab Oeica. Unus hominum constituit Oeconomiam quemadmodum necesse, quae est Societatem.

6. Media quot?

Quatuor, è quibus fundatio, conservatio, et amplificatio respiciunt statum integrum familiae, cui ratio turbatum concernit.

In omni re contingenti haec tria sunt considerata: Ortus, Progressus, et finis seu interitus, eorumque causa; Et quidem generativis atque conservati, omnes sunt eadem fieri causa, Corruptionis vero contraria, quemadmodum et in Logico docemur.

7. Fundatio familiae qua in re consistit?

In Societatis domesticae ac rei familiaris constitutione

Fundationis Oeconomiae cause sunt. 1. Voluntas et Ordinatio Divina: Creavit n. DEVS hominem non animal solitarium et solivagum sed socium. 2. Necessitas: Nulli n. homo sibi soli sufficit ad sustentationem super indigentis vita. 3. Facilitas et comoditas: Nihil n. iucundius habere socios cum laborum, tum bonorum.

8. Societas domestica quotuplex?

Triplex: vid. conjugalis, patris, et berilis.

Triplex ergo sustentat relationem Pater - et Materfamilias, ab se invicem, ad Liberos, ad famulatum. Liberi vero et famuli proprie et principaliter tantum simplicem. Sufficit n. liberis respicere parentes, quod obediunt: famulatio Heram et beram.

9. Cuid ē Societas Conjugalis?

Est unius viri et femine unio indissolubilis, et communio omnium casuum, ad liberorum procreationem et familia sustentationem.

Societas Conjugalis ē omnium antiquissima, prima, et per se sanctissima, iurandissima, maximeque necessaria, ad legitimam propagationem generis humani, conservationem religionum statuum, adiutorium laborum, solatium aduersorum, leuamen malorum, &c. etiam multi saniorum Ethicorum sanctam agnouerunt, et religiose coluerunt, et complectitur ea officium utriusque partis inuicem, de quo Theologi nostri.

10. Cuid est Societas Patrua?

Unio et comunio inter Parentes et liberos.

Cicero, p. Relas.

Vinculum, quod inter Parentes et liberos adeo arctum est, ad id sanctum, ut nulli vi humana dissolui possit et debeat, cum et ipsa ferax partus et educatio et Natura ipsa conciliat, complectitur etiam officium reciprocorum utriusque, de quo etiam Theologi, quareque et in Philosophorum scriptis multa egregia extant documenta.

11. Cuid est Societas Herilis?

Unio et comunio inter seruum et seruum.

Societas Herilis et seruilis an sit Naturalis an vero arbitraria, disputari solent. Fortuna certe inimica et nociva facit saepe seruos non Natura: et contingit nocereque seruum. Atque suo dominari ac esse prudentis et consilii in rebus ac bonis, ut in Filopo et Xanto videre est. Apparet igitur potius ex parte et arbitrio et indigentia quod Naturam esse Societas Herilis, eaque omnia in ista. In per illud regnum Herorum in seruos sustentauerunt iudam et Leges Civiles Christianorum Magistratum.

12. Quomodo res familiaris constituitur?

Distinctione prudenti in bona mobilia et imobilia, et acquisitione pia et diligenti, cujus. s. sunt species, vid: Georgica, Bucolica, Metallica, Prædatoria, Mercatura, Officiaria, Acquisitio extraordinaria Acquisitio mixta.

